

Nuptiæ quanquā ab obnubendo capita dicuntur. quod per. b. scribitur: tamē per. p. scribuntur qā minor est. p. q̄. b.

Nursi populi sunt italiæ. apud quos fortuna colit unde & nursia dicitur.

Nursia ciuitas piceni.

Nursæ: montuosæ. Ser. ciuitas in montibus.

Nursus uxor filii. prisc. hæc nurus rus.

Nosco scis nosco.

Noscius: qui uespere plus uidet.

Nusquā nullo loco: non usquam omnium locorū negatiua.

Nutare. dubitare titubare. cogitare. nauicare: huc illucq; declinare.

Nutabundus: dubitans.

Nuta: gustus oris.

Nutrire: pascere: exhibere. alere. erudire. Nutrior pro nutrio antiqui.

Nutritu erudit.

Nutrix. p. nutritrix. i. alitrix pro educatrix.

Nutrio & nutrior. Nutrico & nutricor deponens.

Nutrimenta: a quibus ignis nutritur uel puer.

Nutus quicquid oculo significat aut manu.

Nutus: uoluntas. maiestas præceptum potestas.

Nuthul fluuius ægypti: idem & nulus. prope fontē enim ubi nascitur: barbari eum clara nominant ceteri uero nuthul.

Nux appellata: q̄ umbra uel stillicidium eius foliorum proxinis arboribus noceat: hanc alio nomine iuglandem uocāt: quasi iouis glandem fuit enim consecrata sibi: cuius pomum tantam uiriditatem habet: ut missum inter suspectos hæbarum uel fungorum cibos. quicquid in eis uirulentum est exudet rapiat & extinguat.

Nux lōga amygdola. Nux plurima amygdola. eo q̄ plurimum floreat. nam omnium nucum priuilegium se flore conuescit.



Littera diuersas partes orationis efficit. Nam interdū interiectio ē dolētis: ut o deus i quanta miseria sumus: Interdum admirantis: ut o rem admirabilem. Interdū optantis aduerbiū: ut O mihi præteriti referantur cælii anni. exhortantis quoq; ut o fugite.

O diuersas habet significationes: est enim aduerbium uocandi: ut o regina. admirandi: o qualis facies. Indignandi: o tpa o mores. optandi o assis.

O tantum est. nomē ipsius litteræ. Quando uero significat dolorem uel admirationem interiectio accipitur.

O sicum animi affectu per suspitionem proferatur erit interiectio: ut o mihi sola mei super anactis imago. Si uero accusatiuus sequatur: erit aduerbium exclamantis: ut o cōditionē: miserā.

O græce articulus: hic latine oia & græce oia latine

O axes: fluuius scythiæ est. axes fluuius ē cretæ.

O axes mons.

Ob præpositio p appositionē uim obtinet. 2. 1. 1. quæ p causali cōiunctiōe accipitur: ut ob mores liniſtros: uel loco pro seu ka. r. a cum sit accommodatiua: ut ob meritum idest pro merito. In cōpositione uero significat contra uel circū: ut obuius occurro obumbro obambulo.

Obab interpretatur spes.

Obba uasis genus butica.

Ob prope propter præpositio est.

Obaudiens dictum ab aure: q̄ audiat imperata.

Obclusum: præclusum.

Obcurſat: retardat.

Obcurſor. obcurſaris hæc tamē nō b sed loco eius c habere debent.

Obdere: obiicere: claudere.

Obdo. obdis.

Obducere: producere: prætendere.

obiicere: obtexere.

Obducta: opposita: contracta: circumfusa operta.

Obedire parere. obtemperare. Obedire deficit su-
turo infinito: qā sit a supino quo deficit.

Obedientia: supplicatio. humilitas.

Obesse: impedire. cōtrariū esse. obstare.

Obſum obes obest. malo est. lædit.

Obesse. nocere ē: officere uero uelle nocere.

Oberatus subætatus uel circumſusus pecuniæ. ut plus dicat pecuniæ q̄ habeat.

Oberus. i. cutis ruptura.

Obesus plus est q̄ pinguis. Obessus: pinguis. corpulentus. cruratus. plenus. distinctus. Obessum dicitur qd forinsecus ē: crassū uero qd intrilecus.

Obesat: impinguat.

Obeo obis. prætereo. cingo. circūmeo. fugio.

Obes oppositio obicis facit ab obicio cis.

Obſibulare: concludere. circūdare.

Obſcus: turpis ludus. impudicus.

Obſignatū: hrmū. decretum. obſtinatū.

Obiicit. opponit præcedit. obtexit.

Obiectus oppositio.

Obices. oppositiones: ualuz cōpages. qui opponuntur hæc obex obicis.

Ob id propter id.

Obiectare: opponere frequenter obiicere.

Obire: mori. circumire. proficisci. recedere.

Obitus: mors. occasus. transitus.

Obiter: simul iter ubi non est iter.

Obiter dū in itinere est quasi circumiter. Obiter uelociter: obitem intentionem.

Obites serpens dicta q̄ colorem habeat harenæ.

Obiurgamus uerbis castigāus uero dū cædimus Obiurgare: reprehendere.

Oblaqueare: circa codicem terram apire. & uelut lacus efficere: hoc qdā dicunt excodicare.

Oblaqueatio. puratio. propaginatio. fossio. uitibus ista conueniunt.

Oblatus. deportatus.

Oblatio uocata: quia offertur.

Oblectatur blandimentis fouet delectat. quasi cū lacte. cum fraude.

Oblectat. delectat. delectationem infundit.

Oblectamentū: solatiū: leuamen. requies: delitiæ.
Obligare: contradicere: uel contra leges uenire circummittere.
Obligatum: iniunctū. mandatum.
Oblinere: oblinuit.
Obluiscor obluisceris oblitus.
Obluioi trado: cōtemno. de memoria exit mihi
Obligare: colligare: debitorem facere.
Obligatus: debitor.
Oblimat: limpida. sulcos obducit. i. limo replet.
Oblinuat: transuersum facit.
Oliquo obliquas:
Obliquas: non directas. contrarias. curuas.
Oblido oblidis oblidor oblideris.
Oblisum: percussum. factum ex ob & l̄sum.
Obliterat: delet de memoria exit. obliuione obsecratur.
Obliteratū. deletum. obsecr: obliuioi datum
Obliteo oblites oblitui: oblitere latere.
Oblitus: linitus. superinductus. incætatus.
Oblino oblinis: obliui: oblinor oblineris.
Oblitū corripit penultimam: infusum significat.
Obluiscor uero oblitus producit penultimā.
Obluiscor tui & te commune antiquitus pris.
Obloquitur. obmurmurat: obstrepat. obtrectat
Obluctari: contradicere. contra leges uenire.
Obluctans: pertinax. rigidus durus.
Obniti: conari. resistere. repugnare.
Obnitens: cōstans.
Obnitus: contra appositus. incumbens.
Obnixus: humilis. submissus. obligatus nexibus culpæ.
Obnoxius: subditus: uel obligatus. hūilis. debitor
Obnubilat: obtegit. operit. obumbrat.
Obnubit: obtegit. operit.
Obnuptus: ueste circumdatus.
Obeliscū: q̄ ē sagitta prius i effarim: rex ægypti fecit ad honore solis: i medio circo ponit: q̄a p me diū sol currit summo obelisco suppositum est quoddam arat̄: in modū flāmæ: qm̄ sol plurimū ignis habet.
Obelus. i. uirgula iacēs. nota ē q̄ apponit in uerbis uel sn̄is superflue iteratis uel illis locis: ubi lectio aliq̄ falsitate notata est: ut quasi sagitta iugulet supuacua & falsa. sagitta. n. οβελος obelus dicit̄.
Obelus supne & punctus ponitur in his quæ utq̄ tolli debeant dubitatur an apponi.
Obolus quattuor calcis uel tribus silliqs appedit̄.
Obulus habet cerates duos: calcos quattuor fiebat enī olim ex ære ad istam sagittæ. unde nomē a græcis habet.
Obolus exiguus pecuniæ nummus.
Obolitio: obliuio.
Oborti. curuati. uel in se implicati.
Obortus. subito natus uel nihil profuturus.
Obpansum: obiectum. obductum. extensum.
Obpetere mori. occubere. occidere.
Obpignorare: dato pignore colligare.
Obprobriū maledictū. maius crimen īproperium hæc tñ melius p b p habent: dū sequitur p.
Ob rem propter causam

Obrepere circumuenire. fallere.
Obryzum οβρυζον aurum dictum q̄ obradiet splendore. Est. n. coloris optimi q̄ hebræi ophaz græci χρύσον chryson dicunt.
Obrizū dicitur obrude aurū. splendor auri nitidū
Obriza & obrizum.
Obrigere: indurare calore aut rigore cōgellare. obstupere.
Obrogare. cōtradicere: cōtra legē uenire.
Obluere: affligere. opprimere.
Obrutus afflictus inuitus.
Obs filius aram nepos sem: a quo elimenistæ.
Obscæni: imūdi: turpes muliebres.
Oscænus ab obs & canendo uel cæno: uel a unde & inquino.
Obscænæ ore. i. scæ. i. male canentes.
Obscænitas: turpitudine.
Oscines: aues corui.
Obscura tenebrosa. persona uilis.
Obscurū: obelatum: testum.
Obscuritas splendor latens.
Obscurus ex ob & cura: ob. n. assumit s cū cōponit cū dictione a cāncipiente: ut obscænus obscurus.
Obscrare rogare: supplicare.
Obscratio preces. gratiarum actiones.
Obscundare obsequi. dicto parere.
Obsidere. cōsedere inuadere. circūsedere:
Obsideo des di obsessum.
Obspta: circūclausa. opposita. clausa. munita. a sepe tractum est.
Obsequi: uoluntatis est.
Obsequia: officia. beneficia merita.
Obserare claudere.
Obseratum: clausum.
Obsero as: hostiū sero: obsero uero obleris semio.
Obseruare cauere. custodire. uel insidias tendere notare.
Obseruat. ueneratur. uel calide aduertit.
Obseruatio cura doctrinæ uel artis est.
Obseruatio: actio uel ostentatio: obseruantia uero cultus religionis.
Obseruantia: custodia mandatorum dicitur.
Obsessa: possessa: circumdata.
Obscus. turpis ludus impudicus.
Obsides sunt: qui dari solent cum honore custodiendi. pris. hic & hæc obses dis a sedendo.
Obsideo & assideo actiua sunt: insidior deponens a sedeo composita.
Obsidio obsessio custodia obseruatio: hostium circūsessio. obsidio obsidionis.
Osylla rex marfus.
Obsistere: resistere. aduersari contra stare.
Obsisto & obsto obstiti obstatū & obstitum.
Obsitus. obsidio ne uallatus. circumdatus.
Obsita: circumdata. obspta.
Obsit: impediatur. obsit includatur.
Obsidius lapis niger translucidus uitro similis.
Obsolera: ueritas mēdaciog: sordibus ignata.
Obsoleuisse. desueuisse. de usu exisse. in obliuione uenisse.

Obsoleuit attritum est.
Obsoleo obsoles obsoleui facit. nō enim a soleo sed ab obs et oleo.
Obsoletū supinū: sicut ex oleo. & adoleo.
Obsoletus: inquinatus. pollutus.
Obsonio dicūtur oēs cibi generaliter.
Obson οψον græce pulmentarium.
Obsono pro obsonor antiquo prisc. a græco οψα οῦια οψασμαι.
Obfordet insolescit.
Obstare: officere. impedire. contraire nocere. oppositum esse.
obsto as. stiti. atum & obstitum
Obstinat: desperat. indurat. opponit.
Obstinatio: iactatio. elatio. mentis duricia. ira audacia uēllatio.
Obstinatus est: qui ad aliquid præcipitatur. & si ueneuocatōe facere festinat.
Obstinatus obluētās uel affirmatio.
Obstinatus: desperatus irreuocabilis prinax
Obstipus: inclinatus. intentus.
Obstipum. obliquū. inæquale.
Obstipo capite uel surdo inclinato capite ut solēt asseuerantes.
Obstetrices dicūtur quæ infantes leuant. ab obstando idest seruiendo.
Obstetrix. obstitrix. prisc.
Obstetricare: renouare.
Obstrepo pis. strepit. circūsonat. impedit. obturbat. obmurmurat. contendit.
Obtringili genus calciamenti: qui per plantas cōfuti sūt & ex superioris pte coriū trahitur ut constringatur.
Obstrictus: obnixus deditus deuotus. seruiens.
Obstringo gis. xi. obstrigor obstrictus.
Obstruere claudere. abscondere.
Obstruo is xi obstruētū.
Obstruētū: pclusū. obpilatū. clausū ex ob & struo.
Obstruētū: remotū. præclusū. obscurum obuelatū.
Obstrudulenta appetenda.
Obsteruit: obcludit.
Obstupere ifrigidari. amēs effici. uel mēte turbari.
Obstupescit: animo percutitur.
Obthalmicum auriū morbus imo oculorū: nam ophthalmia græce οψθαλμία morbus oculorum. Et οψθαλμος oculus.
Obtectum: obuelatum. absconditum.
Obtego gis xi obteētū.
Obtemperat: obedit. auscultat.
Obtendit: obiiicit. opponit. obuelat. prætēdit.
Obtensa gorda.
Obtentus: occasio. nomen.
Obtentus tus. preces intercessio. ab obtined obtines obtentus.
Obtestatur: quasi aduersarios adiurat supplicat pces intendit.
Obtestatus: rogatio.
Obregit obuelat. obiiicit.
Obrigit forte dicimus: euenit uero casu.
Obtinere: uincere pibus. habere.
Obtrectat detrahit. maledicit resistit. interficit.

O

Obtrectatio. inuidia. liuor æmulatio.
Obtrūcat caput præcidit. interemit fundit.
Obtrudere: est aliquid i angustis. includere.
Obtruiit peremit obtulit. obuiam dedit. ostendit.
Obtundere: impedire. hebetare. fuscare.
Obtunfus: hebes stolidus stultus: quia acie sapientiae caret.
Obrunsa: uox raucida gravis. dura.
Obrunsum: ex omni parte tunsum. i. reparandū.
Obthurare a sacerdotibus tractū ē: qui aures suas thure replebant. ne peregrinis uerbis intercedētibz cōfusa carminum memoria turbaretur.
Obturare: obstruere.
Obtuitus aspectus. facies imobilis itētio oculorū.
Obuelatū: opertū. cecū.
Obuenire contra uenire: pter spem contingere.
Obuertere. cōuertere. flectere.
Obuerso & obuersor idē significant.
Obuiare: cōtrariū ēē. aduersari. repugnare.
Obuia admanū posita. dilucida. occurrētia.
Obuius: occurrens.
Obuncare: obiurgare.
Obumbrat. obtegit. defendit: undiq; munit. obiiicit. nigrescit.
Oburbat: circūscribit: dictū ab arbore: q̄ ē curuatura aratri. uel a sulco urbiū q̄ primus aratro circumductus pp altitudinē murus appellatur.
Occasio facultas. copia potestas: cōditio: tps locus.
Occasio assistit: oportunitas uero se præbet: uel se cunda succedit.
Occasus sus ab occido dis descensus solis.
Occasus mors: dies supremus interitus uel finis.
Occatio est cum rustici satione facta: bobus. dimissis grandes glebas cædunt. & ligonibus frangūt. & dicta occatio quasi obcæcatio q̄ operiat sæmina. Occare igitur est operire terram sæmina uites uel arbores.
Occo cas: rumpo. frango.
Occator isitor. abactor: subrūcinator. sator uel actor arator. hos oēs agricolæ pagāi deos habuerūt.
Occas insula rubri maris: in qua topazion gignit iuxta oceani ulrimas partes.
Oceanus propriū ē cū totū significat: cum uero partes ut atlanticus oceanus appellatiuum est dicitur autem οπτο τοῦ ὠκεοῦ hoc ē celeri motu Deriuatur oceanides patronimicum. possessiuum oceanus a um.
Oceāus a græcis de celeritate dicitur. ab οκῦς ocys quod græce dicitur uelox.
Oceanū mare exterius q̄ terram cingat. qđ oī die distat p septem dies nunc attolit incrementis: nūc in sequentibus totidem diebus naturali damno subducitur.
Oceanū græci & latini ideo nominant: q̄ in circuli modo terrarū ambiat orbem siue aceleritate q̄ ocus currat.
Oceanus quasi ocioneus. iste est: qui oras terrarum amplectitur: quiq; a diuersis regionibus proximis uocabula sumpsit: ut gallicus germanicus sythicus caspius hyrcanus atlanticus gaditanus Nam gaditanum frætrum a gadibus dictum: ubi

primū ab oceano maris magni limen apperit: unde hercules cū gadibus puenisset colūnas ibi posuit sperans illic esse finem orbis terrarum.
Oceanū iō qdā reciprocis i se ætibus dicūt reuerti quia aiunt in pfundis oceani eē quosdā meatus uentorū repletos spiritu uelut mūdi nates: quos anhelitus accessu alterno & recessu efflant. Quī dā aiūt cū augmento lunari crescere oceanū. alii dicunt sydera solēq; de oceano aquā haurire ignibus suis: ut temperētur quia ignea sunt.
Ocys ωκυρ græce uelox: unde ocus.
Ocētare: concinare. cōponere. cōtra cantare ifame carmen cum certo nomine dicere.
Occento actiuum est.
Occentus ex ob & cantus ab occino nis.
Occedere occurrere: uel obuiam cedere.
Occidēs dictus diē facit occidere: ab cōdit. n. lumē mundo & tenebras supinducit.
Occidit corripuens penulti. eum qui mortuus est significat.
Occidit cōponit ex ob & cado: inde deriuatur occidens occidentalis. occasus. occasio occiduus.
Occidit uero producens penultimā: eū q; interficit significat: & cōponitur ex ob & cado.
Occidit: affligit. extinguit. perdit tollit.
Occido is di dor occisus.
Occisio dī genere fœminio ldest qñ multi occidūtur ipsa res occisio dicitur quasi occedio: quia occidi dicimus.
Ocinū genus oleris græcū: origo eius incerta latinis
Occipit incipit. consequitur.
Occipitiū locus post auriculas qd græco bregma βρεγμα dicitur: idest posterior pars capitis.
Ocys ωκυρ græce uelox. und ocyor ocysimus & ocus ocysime.
Ocyor: uelocior.
Occissimus uelocissimus.
Ocyus celeriter. statim leuiter.
Ocyter uelociter.
Ocium: quies.
Ocior ocians.
Ocistei græcum est tabernarius.
Ochozias interpretatur apprehendens deū.
Ochozias frater. ipsius.
Ocreæ tibialia calciamenta quæ furas tegunt.
Ocrea dicta: q; crura tegat.
Ostahedrum. aer. spiritus.
Ostaforum: in quo pluuiæ sternuntur fossoris.
Ostauianus dictus ē augustus ab octauia matre sorore iulii cæsaris: quē ipse adoptauit in filium.
Osteas: aprilis helinū lingua.
Ostaua significat diem iudicii.
Osto deriuat ab okto græco deriuatur octauus octies octuplū: octoni coponit octogita: octigēti.
October mēsis a nūero octauo & ibre dictus: ē. enī octauus a martio. qui ē principiū ani apud hebræos. hic macedonice νττπ βρετεος: hyperbereos: hebraice mesur. מֶשׁוּר ægyptiace phao phi. φαιοφ attice γαλανλιών.
Ostussis octo denariorum est.

Occubat occūbit uel stat. interit. mortuus ē.
Occubuit uictus est. succubuit. manus dedit.
Occubo as & occūbo bis ubui bitus.
Oculat: uidet. pspicit.
Oculata quæ oculis uidentur uera.
Oculatus. uidēs prudēs. acutus aut oculis plenus
Oculi dicti siue quia eos ciliorū tegmina occultunt ne incidentis iniuriæ offensione lædatur: siue quia occultum lumen habent idest secretū uel interpositum: hi inter omnes sensus uiciniores sunt animæ. In oculis enim omne mentis iudiciū est: unde animæ perturbatio in oculis apparet: ut hilaritas. Oculi in facie concauis foraminibus inclusi sunt a quo foratu frōs hominata est. Idē quoq; oculi gemmarum habentes similitudinem mentis prolucentibus contegūtur: per quas quas si per uitrum resurgens mens: ea quæ foris sunt conspiciunt. In medio autem orbium sunt: quas pupillas uocamus: quibus cernendi gratia tenetur.
Oculus eius diminutiū ocellus & oculeus.
Oculi nodi sunt. ex quibus frondes exeunt.
Oculit claudit: abscondit: occultat celat.
Oculit per duo c scribēdū quia culit dicimus.
Oculo is lui occultus.
Oculū secretū: arcanū ab oculendo uel claudēdo
Occultat: abscondit tegit. actiuum est & frequentatiū ab occultu.
Occūbere. finire uitam. supplicium capere.
Occupat: præuenit anticipat.
Occurrens. certum euidentis apertum.
Occurrit: obuiam uenit.
Occurrit aduersatur. repugnat præsto est. accidit
Ode oδῆ græce cantatio: hæc oda odæ: qd cōponitur & cantatur.
Odoeporicū οδοιπορικόν itinerarium.
Odoporicum græce uiatorum. Odos οδος. n. græce uel uia.
Oderan filius sale nepos aram: ex quo nardi.
Odia: inimicitia asperæ.
Odiæ: cantatores græcū est.
Odibilis odio. habilis.
Odiosus: q odio plenus est.
Odi disti odit defectiuum. cuius participiū præteritum est ofus. inde odiū odibilis diosus conponitur ex ofus perofus.
Odollamites interpretatur testimonium in aqua
Odolla locus.
Odontes οδοντες græce dentes.
Odoratus dictus quasi odoris aeris attractus: tacto enim aere sentitur.
Odor dictus ab aere. Nam quid est odos nisi aer contactus.
Odoramenta: diuersorū odorū compositiones: ty miama.
Odoror illud dicimus.
Odora uis canū: q; sciunt illud odorari. i. inuestigare.
Odor ē quod semp odorē mittit. Odorabile uero quod aliunde accipit. Odoriferum autē quod odorē sequitur.

Odor & odos: ut arbor & arbos dicitur.
Oenos οἶνος uinum.
Oebalia ipsa est laconia: unde castor & pollux.
Oeconomus οἰκονομος . dispensator . dispositor regiae domus.
Oeconomia ipsa dispositio uel praemeditatio: aut praeparatio.
Oeconomia ipsa dispositio regis: qua prius ordiatur aut dispositur domus et sic fabricatur.
Oechalia laconiae pars praecipua thessaliae: quae ab urbe sua nomen assumpsit. quae hercules ob iole a crypto rege promissam & negatam euerit.
Oedipus monstrum quoddam humana facie quadrupes fingitur.
Oedipus idest mixtus.
Oedipus & iocasta coniugium fecerunt. Oedipus quidam diuinus soluens problemata οἰδῖπλος οἰδῖπός oedipus oedipodos graece ου οὐ pu latine posita.
Oedipus oedipodis uis producta.
Oche uox exultationis .
Oephi mensura quattuor modiorum idest batris siue uadus sed oephi in aridis: batus in liquidis sumitur.
Oenoforum uas uinariū. Nā οἶνος uinum φορον ē ferre. scribitur enim per pe: sed profertur pē.
Oena graeci uocant. quae latine elementa dicuntur eo quod sibi conueniant & concinnant: miscantur enim quaedam naturae communione.
Oenante: genus laerbae .
Oenotria: tellus proprie sabinorum tractus.
Oenotrii graece dicti cultores italiae primi dicti quod ipsi primi uites coluissent & uinum.
Opha idem quod oephi: mensura ad uarias fruges pertinens. i. tritici ordeis leguminum.
Oestrum animal armentis aculeo per molestum graece oestros latine asilus. Vulgo tabanus uocatur.
Oestrum genus muscarum.
Oetha mons inter thessaliam & macedoniam ubi hercules iacet.
Offa proprie frustum dentium: cuius diminutuum ofella facit: inde offarii coqui: qui offatim idest particulatim excoquunt. Nam offa est latrantium quia in hos canis iacitur & faciat ilico copescit & silescit. Offa geminata. ff. facit tamen diminutuum ofella non geminata. f. quia in diminutione plerumque multa mutantur.
Offam hebraei est: quod graeci uocant ob tyzon genus auri.
Ofella: pericula diminutiuum ab offa corripit. o.
Offendiculum quo quis offendat: oppositio culpa laesio
Offedit: laedit. nocet. aedet. inimicos facit: absterret
Offedo: iuenio uel ipingo. & absolutum ē etiam.
Offensa culpa: ira. qua deus offenditur.
Offensio uitium. aegritudo morbus. ibecillitas.
Offert. praebet. insinuat. immittit.
Offerre. est ultro praebere: inferre uero importare.
Offertorium pro eo dictum quod offeratur idest oblatio quae altari offert: idest sacrificatur a pontificibus.

Ophs graece latine coluber dicitur.
Officere: est alicui nocere. inficere uero colorem mutare. priscianus.
Officio tibi dicitur.
Officia. ministeria: beneficia: merita: gratiae. Officiorum multa sunt genera: sed praecipuum ē illud quod in sacris diuinisque rebus habetur. Officiū autē ab efficiendo dictum quasi efficiū propter decorem sermonis una mutata littera: Aut certe ut quisque agat quae nulli officiant sed omnibus prolint.
Officinae dicuntur loca: quibus fiunt officia.
Ofiofagita pars aethiopum dicta quod serpentes comedat: omnis enim graece coluber faein comedere.
Ofiomate lacerta.
Ofitae: haeretici a colubro nominati dicentes ipsum colubrum in paradiso iduxisse uirtutis cognitionem
Ofincus signum in caelo homo serpente cinctus.
Ofites genus marmoris serpentiū maculis simile:
Ofni interpretatur discalciatus: filius enim fuit heli electus in ministerium sacerdotum. cuius amissionem suo expressit nomine: ut eius uocabulo ueteris testamenti sacerdotum a populo iudaico significaretur ablatum.
Offuciae: fallaciae. aut res ad decipiendum compertae dictum ab offucando: quod est furtum collocare.
Offula: poena uel percussio uel pericula in rotunditate collecta.
Og: interpretatur interclusio: rex basan fuit.
Ogias unus de superstitibus cadmi. qui iunxit facere thebas.
Ogygius: nomen cuiusdam: cuius temporibus factum dicitur diluuium: conditor & rex fuit: nomenque loco & tempori dedit hoc tempore ysaac patriarcha perhibetur fuisse:
O: interiectio indignantis.
Oileus proprium cuiusdam graeci. oileus trisyllabum. oilei tetrasyllabum & trisyllabum. Sic & similia semper una syllaba uincunt in genitiuo quae penultimam breuem habent: ut treuir treuiri Satur saturi: tydeus tydei nisi poetica productio fiat in graecis.
Oniber: interiectio plangentis.
Oy graece ne.
Omas uasa in quibus sortes mittuntur.
Oino interpretatur orsimonia.
O graece filius: .i.
auguri.
Oyranos graece caelum latini dicunt.
Ois graece ouis latine.
Oysia & hypostasis substantia & substantia.
Olla uas ad coquendum dicta: quod ebulliat in ea aqua igne subiecto: & alius uapor emittatur unde & bulla dicitur: quae in aqua uenti intus spiritu sustentatur.
Olla pro illa dicitur.
Olla intrare interpretatur uel tabernaculum.
Ollac habitaculum hoc interpretatur.
Ola summi humen pars posterior.

Olax odorifera.

Olea pondus est retinet tres scrupulos. Olea gemma barbarum est: ex fuluo & nigro uiridiq; & cā dido constat. Olea oliua uel foetus oliuæ. Olea arbor: oliua fructus. Olea oleæ: inde deriuatur oliua oliuum oliuetum oleaginus oleaster.

Oleagina radix oliuæ. Olea & oliua p fructu sæpe posita sunt: sed consuetudo obtinuit oliuam fructum dicere.

Oleaginus de oleæ: sicut faginus de fago correpta penultima.

Oleaster dictus q; sit similis oliuæ foliis sed latioribus. Arbor inculta siluestris amara & infructuosa: cui insertus oliuæ ramus uim mutat radice.

Oleaster oliua agrestis & infructuosa significat hominem sine fructu uel gentilem. Oleaster de omnibus nominibus arborum solum iuenitur masculinum.

Olenium est oppidum in arcadia.

Oleo oles olet olo is eiusdem significatōis.

Olent res ualde malæ uel bonæ: redolent tantum bonæ.

Olentis pro feruentis. Virg.

Oleo oles ui & oleui. Composita uero ab oleo ab oleui adoleo adoleui exoleo exoleui. Redoleo uero quia non mutauit significationem simplicis similiter redolui & redoleui facit: uarro tamē etiam adoleui. Obsoleo quoq; absoleui. Ab oleo uero uel ui. redolo aboleui & abolui facit præteritum. Supina uero ui in turn conuertunt. Quæ uero ui diuisas habent in itum penultima correpta: ut oletum aboletum aboletum & abolitū & cætera.

Oletum, locus putridus ubi homines mingunt.

Oleum est quod de fructu fit. oliua uero arbor. quarum arborū multitudo oliuetum dicitur: sicut quercetum spinetum. oleū græce ελαιον eleon eleos ελεος latine misericordia dicitur.

Oleū significat lætitiā spirituale: ut oleo lætitiæ. augustinus.

Oleū est parū nulliq; rei admixtum ab olea. i. arbore deriuatum. Sed quod ex albis oliuis fuerit expressum uocatur spanum: a græcis omphoridion appellatū. Quod autē ex fuluis & nondum maturis cōis appellat ex his ad usum uitæ primū ē spanum: secundum uiride: tertium cōe. Oleum siq; aquis imerserit. clariora facit ea quæ profundo teguntur occulto. Nā eius natura habet ut cibos cōdiat & lumini fomenta pbeat: & lassum lōgo itinere corpus dum eo unctum fuerit pristinae sanitati restituat.

Oleiros & paros noīa sunt cycladū insulæ.

Oleamella arbor nascitur in palmaria ciuitate syriæ ex eo dicta q; extrinsecus oleum defluat in crassitudine mellis sapore suauis.

Oleasmon herba dicta q; molior foliis sit & caule tenerum.

Ole græce ολν ordeum.

Olda distinctio siue diuerticulū interpretatur.

O

Olfar: odorat' olfar' dict' q; odorib' afficiatur.

Olfatoriola sunt uasa muliebria: in quibus odora menta gestantur.

Olli pro illi uel illinc aut tunc seu ibi.

Ollibama in prophetis ciuitas. in qua edom princeps habitauit. interpretatur uero ingrediens.

Olidum putridū: dictum ab oleo oles olui quasi olitum d pro t.

Olim aliquando præteritum significat: quondam antea. aliquando.

Olim: de præterito & de futuro dicitur: sicut qñ aliquando. unquam.

Olympus dicitur a græco : q; undiq; luceat. cōponitur igitur ide uel deriuatur olympicus olympica icū & ppriū olympus uel olympia: quæ celebrantur in honorē iouis certamina cōponitur olympiadorus olympionite patronomicum fœmininū olympias: cuius masculinum debet esse olympiades.

Olimpias tempus quattuor ānorū in honorē iouis celebrantur: q; olympicus dicitur ab olympo mōte altissimo qui interdū p cælo ponitur: & tunc diuersi ludi fiebant. Olympias āni quattuor.

Agon cōstitutus agræcis apud elidem ciuitatem quadriēnio in una olympiade supputato.

Olympias est apud græcos ānus quattuor ab olimpico agone: q; uenit trāfactis ānis quattuor in quibus finē sortitur agonis tēpus. ppter quadriēniū cursum solis & pp quod singulis ānis sex horæ cōsumptōe in qua driēniū dies unus completur. Quo tpe ab omni generōiq; ætate circūueibat.

Olympiis nūc cælum nūc mōs excelsus in græcia ubi nullus uentus neq; pluuia cadit.

Olimpus mōs macedoniæ tātæ altitudinis: ut in eius cacumīe nec uētus sētiatur nec nubes sed colligant: quia excedit istū aerē humidū: i quo aues cæli uolant: quod ab eis proditū ē: q; solebant nescio quorū sacrificiorū cā memoratū montē ascendere: & aliquas notas in puluere scribebant. quas alio anno integras iueniebant quod fieri nō posset: si uentis aut puluīa locus ille impetretur. de inde tanta ē tēuitas aeris illius ut non spirare duraret. ibi enim ire non poterant: nisi spongas humectas naribus applicarent unde crassiorem & cōsuetū spiritū ducerēt: hi ergo indicauerūt etiā nullam auem in eo loco se aliquando uidisse.

Olimpus dictus quasi hololamphos id est quasi cælū. i. quasi totus lucens. Nā holon .totum phos lux dī græce. hic diuidit achaiā a thracia.

Olimat: limpida.

Olintum: græcia.

Olip tabernaculum meum.

Oliarū genus hærbarū hortolanæ.

Oli bona ciuitas ab ulyxe cōdita.

Otitor hortolanus olera uendens.

Ohutos græcū relatiuum pronomē cōpositum ex quo ppositio articulo & hutos pro nomen tertiæ personæ quod ē demonstratiuum & relatiuum.

Oliua unde græce ελαιον dicitur ex quo in latinū

tractum est. Olea autē ipsa arbor est: fructus oli-
ua succus oleum. Est autem arbor ipsa pacis insi-
gnis: cuius fructus diuersis nominibus appellat
ideſt orchades græca etymologia a similitudine
testiculorum: nam ὀρχηδῖς est testiculus: uoca-
tæ radiolæ: quia longæ sint in modum radiorū
paphiæ a papho insula dictæ. unde prius allatæ
sunt: liciniæ dictæ q̄ optimum dent lumen. pau-
siam quam corrupte pusiam uocant uiridi oleo
& suauī. Syria dicta quia a syria est allata uel quia
nigra est crustumia eadem & uolemus dicta q̄
uolam impleat.

Oliuæ species orcales radii pausiæ.

Oliuæ inuentrix apud paganos minerua perhibe-
tur: unde poetæ finxerunt q̄ hac inuenta uicerit
minerua neptunum. & obtinuerit diluuium at/
ticam terram.

Oliuum oleum.

Oliua significat sanctū misericordiæ liquorem fru-
ctibus abundantem & lucentem: eleos ἐλεος. n.
misericordia dicitur.

Oliueti mons interpretat̄ luminis sive unct̄ionis

Oliua proprium inde oliuensis.

Olocaustrum græce totum incensum dicitur: quia
integra tota hostia igni tradita consumebatur.

Olofora uestis tota ex purpura holon enim græ-
ce totum.

Olographum testamentum est: manu auctoris to-
tum conscriptum atq; subscriptum: unde & dici-
tur: olon enim græce totum graphe γραφή scri-
ptura sic ἡ γραφή dicitur.

Olographia oīs scripturares propria: olon ὁλον
græce totum. inde olor q̄ totus ē albus & olym-
pus: ὁλον enim totum: lampas græce lucēs. hæc
autem cōposita ab ὁλος rectius aspirant: olor
& olympus aliter figurantur.

Olor auis est: quā græci cignum κύνον uocant
dictus q̄ totus sit albus. hic olor oloris: und olo-
nus nautum.

Olor signum ideſt cygnus: in cuius specie cum le-
da iuppiter concubuit.

Olores latinum ē. Nā græce cygni dicuntur.

Oloferica uestis tota exferico. olos enim totum
significat.

Olus ab alendo dictum eo q̄ primum olerib' ale-
rentur homines anteq̄ fruges uel carnes ederēt:
hoc olus oleris.

Olusmolo hærba hortolanæ.

Olus ris un̄ oleto aſolerare ideſt olera culturare.

Omaſum stomachus uel uenter cētipellis uel uē-
triculus.

Oma corpus.

Omelia græce latine sermo uel colloquiū.

Omentum ab omine: quia momento omnia capi-
ebant: quod οἰώων' dicitur græce.

Omentum: membranū quod cōtinet intestinorū
maiorē partem.

Omentare: auguria inspicere.

Omēta auguria maiora.

Omen: auspiciū auguriū: hoc omen ominis

O

Ominosa auguriosa.

Omitto p̄ omitto: componitur ex ob & mitto: bre-
uiatur que apud oratium: ut illusus omittas.

Omne ad multitudinem uel ad numerum pertinet
ut omnis homo ideſt omnes homines. Totus ue-
ro homo ad partes refertur. ut anima & corpus
uel caput manus pedes thorax &c.

Omnis uniuersalis speciei: cōponitur inde oip̄o.
rens oiparens oigena oino. ad uerbium.

Omnipotens componitur ex tribus corruptis oī-
um: potis. ens.

Omnifariam in omnem partem: uel ex omni par-
te discretum. ad uerbium est: cōponitur ex omni
& afferendo uel fando oīno uero intentiuum.

Omnipotens dictus omnia potens: cōe apud Viri-

Omnitenens. omnipotens.

Omnino: in totum.

Ois unde oēs cōponitur omnipotens tia: oīfactor
omnicreator oitenens. oipudens.

Omnimorbia hærba dicta q̄ multis morbis sub-
ueniat: hæc a græcis polyllion uocatur.

Omoicos ὁμοίος græce similes.

Omonyma ideſt uninomia eo q̄ sit ī uno noīe plu-
rima significatio. ut tumulus nūc modos breuis
nunc tumens tellus. nunc sepulchrum significat
Hæc tam in propriis q̄ in appellatiuis inueniunt̄
ut pyrrhus filius achillis & rex epirotæ: Omo-
nyma sunt nomina. quæ in uno nomīe multa si-
gnificant: ut acies ferri oculorum & militum dici-
tur. Omonyma similia dicta.

Omocteleuton: cū uno uerbo plura finiūtur uer-
ba sine cōiunctiōibz nexa: ut abiit abscessit euasit

Omoctoptoton. cū plura noīa p unū casum denū-
ciātur: ut ē illud. Sed neq; currētem se nec cogno-
scit eūtem.

Omoctosis ὁμοιοσύς quod latine interpretatur si-
militudo. p quā minus notæ rei p similitudinem
eius quæ magis ē nota penditur demonstratio hu-
ius species sunt hæc parabole: paradigma. icon' i.
imago. comparatio. exemplum.

Omothonus: maior synochus febris.

Omousiō græce latine unius substantiæ usia οὐσία
enim græce substantia uel essentia dicitur: omo
simul unum: hoc ergo uocatur omousiō: quod
est ego & pater unū sumus.

Omousiō. i. similis substantiæ: quia qualis deus
talis & iago eius. hæc tñ oīa ab ὁμός & ὁμοιοῦ
figurata potius aspirantur.

Omousiō. assimilatio.

Omiri uerbum interpretatur. Omni crispans me-
us interpretatur.

Ov græce quando per omicron. i. o breue scribitur
neutrale ē: & interpretatur quod ē: quādo uero
ὄν p ω ideſt o longum scribitur masculinū ē & in-
terpretatur qui est. On ergo ipse ē creator oīum
& principium q̄ est quod proprie in se & uniuersale
ad omnia.

On inutilitas uel dolor siue iniquitas interpretatur

Onager ονείριος græce asinus agrestis syluaticus

Onager significat heremitam.

Onagri singuli foeminarū gregibus praesunt nascē
tibus masculis zelantes testiculos eorū moribus
detruncant. Quod matres cauētes in secreto eos
occultant. Totiens in nocte uel die rugit quot ho
ræ sunt.

Onagros græce armiger.

Oneyros ονειρος græce somnus latine.

Onerat: cumulat. cōplet. pondere pmit. Nam onus
pondus est. unde dicitur onero oneras.

Onerare: pondus imponere.

Onesiferus: lucrum ferens: abundans.

Onfation oleum qd' ex albis oliuis fuerit expres
sum: græci dicunt: latini uero spanum.

Onfatitis galla agrestis: q̄ medicamibus adhibet

Onyca hærba aromatica.

Onites galbana: pigmenta quædam.

Onix genus marmoris dictum q̄ i se habeat pmi
xtum candorem in similitudine humani unguis
græci enī unguem ονυκ onyca dicitur.

Onyx onycos onyx onicis genus est lapidis.

Onycinus gemma genus metalli uel lapidis.

Onocardia cocco similis est.

Onocetaurus: homo. mixtus asino natura agrestis
Superior pars similis homini: posterior ps asino
significat. bicordes.

Onocetaurus componit ex onos græco. i. asino &
tauro **Onocotalon** græci uocant rostro lōgo: quo
rum duo sunt genera.

Onocrotalus similis cygno.

Onomaton græce nouum.

Onomatopœia: est nomen de sono factum ad imi
tandum sonū uocis cōfusæ: ut hinitus equorum.

Onomatopœia quasi onomatospœia idest nomi
nis factio.

Onomatopœis græce noiationibus idest nomi
num seu uerborū nouis informationibus.

Onomastice ονομαστικη nominatiuus.

Onoma ονομα græce latine nomen.

Onomazo ονομαζω græce nomino.

Onos lyras græce dicitur cū stulto sapientia pmit
titur idest asinus ad lyram.

Onus. pōdus sarcina. onus oneris: unde onero ras
sic & familia quæ habent e in uerbo habent in ob
liquis casibus.

Opaca: amæna. uiriditate condēsa. opaca loca dicta
quasi operta celso aprica contraria.

Opacum: umbrosum contectum. secretum. uiri
de uestitum.

Opalus gēma diuersarū gēmarum colore.

Opansum: obiectum. extensum uelut in scēna qd
undiq̄ panditur.

Oppipare: conuiuium quasi renouat uel compōe
re aut post planctum in cōuiuiū gaudere.

Opis οψις græce facies. **Ophaz** hebraice obry
zum auri.

Opem: auxilium. suffragium:

Opera sunt artes singulorū artificum: opera uero
foemeninum adiutorium esse cognoscimus en
ius diminutium opella.

Operæ idest studia: incorporale est. nam opus ad
corpus pertinet.

Opefida: stabili opitulatione.

Opedere: contraire: quasi pedem contra ponere.

Operæpretiū: necessariū. utile. uel magnopere.

Opperitur: expectat sperat.

Operior riris praestolor pulso.

Opperimentum expectatio.

Opperiens: expectans.

Operire: cooperire. obuelare.

Opperio ris rui opertus o breuiatur in prudentio.
componitur apperio.

Operior & experio deponentia composita a pario
sicut etiam aperio cooperio reperio quod dupli
cauit p in praeterito repperi & comperio. partici
pia enim eorum opertus & expertus. ut aperio a
pertus: non aperio aperitus.

Operosum magni laboris.

Opertaneus. latens.

Opperire: occumbere. cadere mori.

Opes diuitiæ copiae: amplitudo. in singulari non
hēt nisi opis opi opē & ope. pluraliter opes opū
opibus.

Opicardelon gemmā barbari uocant.

Oppida municipia dicta ab ope danda: sed nunc
ciuitates & municipia dicimus.

Oppidani uocabantur: qui in cæteris locis habita
bant q̄ i roma. Nā oppida cætera: sola roma urbs
dicebatur.

Oppidum quidā ab. oppositione murorum dixe
runt: alii ab opibus recondendis. alii q̄ conuētus
in eo habitātū det opē cōtra hostē. **Oppidū** autē
magnitudine: & mœnibus discrepat a uico castel
lo & pago. **Oppidum** ciuitas modica.

Oppido obliter aut oīno ualde satis aduerbiū est.
Opifex opificis dictus q̄ opus aliquod faciat ma
gister auctor.

Opificiū dicitur res aliqua: quæ est in opere uel ubi
opafūt græce ergasteriū εργαστηριον dicit.

Oppilat: obturat. obclaudit

Oppillo las aui.

Oppilio ab ouibus dictus: quia ouilio: est enim cu
stos ouium.

Opima foecunda crassa. fertilis uel cāpestis.

Opimum abundans: pingue profluens. honestū
celebre.

Opimari. impinguari. foecundari.

Opimatio est cum adhuc incerta res latet & nulla
ratione firma uidetur utputa sol quantum sit
maior terra:

Opinio species rationis. diuiditur in æstimatione
& suspicione.

Opinat existimatur suspicatur.

Opinio rumor fama nomen: aura popularis.

Opinio p opinor eiusdem significationis atq̄tus.

Opinatissimus: nominatissimus: frequentissimus

Opinax: manifestus.

Opipare laute opulenterq̄ cōuiuium renouare.

Opipare abundanter: delicate.

Opis auxilii: inde dicitur opimus: componitur o
pitulor. opifex: opulentus opulentior opulentis
simus. opulencia. inops: inopia. copia copiosus.
A b ope oppidum opportunus. lor opportunitas

Cōponit importunus: a quo importunitas.
 Opifera fies. qui cornibus antēnæ dextera leuag
 tenduntur retrouersum.
 Opistotōicus retrorsum contrahitur. cum magno
 dolore dorsi & elunium.
 Ofiodes opio αἰσ serpentinus.
 Oppites genus marmoris maculas serpētinās de
 tinens.
 Ophites serpens distinctus maculis masculus est.
 Opitergiū ciuitas ex illa parte uenetia. inde opix
 ginus. inter tarnisum & forum iulii.
 Opiter opiteris & opitris: qui obito patre uel per
 dito auo uiuente nascitur uel nutritur.
 Opitulatur. auxiliatur sustentat.
 Opitularium auxilium.
 Ophiucus æsculapius serpens esse dicitur.
 Ophiucus idest anguitenens: signum super scor
 pionem. carbonita getarum rex. qui triptolomo
 cum duobus draconibus frumentum serēti unū
 ex ipsis interfecit. uel hercules qui anguem quen
 dam homines interficientem in lydia interfecit
 uel æsculapius apollinis filius serpentem quen
 dam interficiēs pro medicina habuit: unde inter
 astra locatus est.
 Opium crema uitium appeilat: quoniā apud ree
 nas nascitur: est aut succus lassar hærbae.
 Opium quoddā uenenū succus papaueris agre
 stis. hærba lōmnifera.
 Opiza genus feminis legumen quoddam.
 Opizim græce diminuerē: unde dicitur opizi: qui
 uerba frēdent: & uelociter diminuunt. hinc opi
 zo. as. & opizi diminuentes.
 Opplere per duo p.
 Oppletum obliuium usq; ad plenum.
 Oplites οὐραλῖται armatus. miles.
 Opos succus stactæ.
 Opobalsamū lachryma balsami: nam οὐροσ opo
 græce dicitur succus: balsamum autē ipsa arbor.
 Opobalsamū gutta: quæ distillat per i cistas cauer
 nas balsami: cauerna enim ops. dicitur.
 Oponere obiicere: obtendere. obrexere.
 Popa græce. i. upupa auis spurcissima.
 Oportunia græce latine spasimus. i. contractio ner
 uorum.
 Oportunus: congruus. necessarius.
 Oportunitas. facultas. copia.
 Oportet conuenit. Componitur opem portat. im
 personale est: unde opportunus nitas & quæ ab
 his fiunt.
 Oppositum obiectū: cōtrariū aduersum obtinens
 Opprimere. affligere. occidere. obruere. uim in
 ferre.
 Opprobrium: crimen. maledictum.
 Ops terra ideo dicta q; opē ferat frugibus.
 Ops nomen matris deorū uel copia. cuius nomi
 natius non est in frequenti usu. sed quod ex eo
 cōponitur omnis generis est inops inopis: prisc.
 ueteres tamen hic & hæc & hoc ops & cops pro
 opulentus & copiosus dicebant.
 Ops pro terra hæc opis nymphæ. hæc opes diuitiæ
 Opson οψον græce pulmentum:

Optare. desiderare. eligere. in filiū. facere.
 Optarius modus dicitur: q; p eum agere aliqd.
 optamns. ut utinam legerem: & eger aduerbio
 optandi.
 Optio: libera uoluntas. arbitrium. electio. officia
 militum.
 Ophthalmia οφθαλμία oculorū dolor.
 Opertus: genus auis.
 Optimus: primus. summus suplatius: bonus me
 lior optimus:
 Optutū: defensio. auxilium.
 Oppugnat: uincere tēprat.
 Opulens: diues: habūdās. ope plenus idest diuitiis
 Opulentus: copiosus. diues.
 Opulentia: abundantia diuitiæ.
 Opulentia ab ope dicta est. quam si discutias iueni
 es eā tenei modum. Nā quomō opitulatur quod
 nimīū est cū icommodius sit sæpe quam parum.
 Opus opuntis proprium est.
 Opus opetis unde operor aris operatus operatio
 Opus dicitur ipsum quod fit: operatio autem ipsa
 rei actio est.
 Opus est. necessariū est: utile est.
 Or interpretatur montanus.
 Ora finium per o tantum scribendum. hora die
 rum per. h.
 Ora etiā sine h & pluraliter idest uultus facies: cu
 ius singulare os oris.
 Ora finis uestimētorum. Nam græci orō opov ter
 minum dicunt. Hora quando tempus significat
 habet aspirationem: quando fines: non habet: &
 quando plurale est ab ore.
 Oraculū. cæleste respōsū uel ipsū delubrum.
 Oracula sunt templa: ubi oratur: unde & responsa
 redduntur. Delubra autem templa fontes habē
 tia ad purgandos fideles a diluēdo appellata un
 de prius hæc loca altaria non habebant ut tantū
 delubra essent.
 Orare ē poscere deprecari. exorare uero impetrare
 Orare est docte & honeste loqui: inde dicitur ora
 tor facundus. facetus. & eloquēs. non oīs locutio
 est oratio. Oratio nanq; est integra constructio uer
 borum pleno sensu solidata
 Orarium est stola sacerdotis.
 Orarium stola opculum capitis. Oratio dicta. qua
 si oris ratio. Nam orare est loqui & dicere. est au
 tem oratio cotextus uerborum cōsensus non est
 oratio quia non est oris ratio.
 Oratio est uox significatiua ad placitum cuius par
 tes aliquid extra significant: ut dictio non ut af
 firmatio: cuius species in angustissima diuisione
 sunt quinq; interrogatiua ut putasne anima im
 mortalis ē. impatiua ut accipe codicē. Opratiua uel
 deprecatiua ut utinam placeat deo uocatiua ut
 adesto deus. enunciatiua ut Socrates abulat. Sed
 in omnibus quattuor nulla ueritas neq; falsitas ē
 enunciatur uero solum uerum uel falsum: hinc
 ppositiones oriuntur. Hæc diuiditur in duas spe
 cies: affirmatione & negatione.
 Oratio est ordinatio dictionum congruam senten
 tiam perfectamq; demonstrans. De finitio itegre

orationis.

Orator aborare idest dicere uocatus. Orator igitur est uir bonus dicendi arte peritus: qui cōsistit natura: moribus: artibus. Orator est uir bonus dicendi peritus: qui in priuatis & publicis causis plena & perfecta utitur eloquentia.

Oratorium locus orationi tantū consecratus: unde & dicitur: nihil aliud agi debet nisi ad quod factū ē. Ita discernuntur quæ apostolus ait. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes. orationes. interpellationes. gratiarum actiōes. Precatio & deprecatio a multis idem putatur. quod quotidiano usu omnino praeualuit.

Qui autem distinctius locuti sunt precationibus utebantur in aptandis bonis: deprecationibus: i deuit andis malis quasi mala precando depellat imprecari uero mala: quod uulgo dicitur maledicere. Sed iam nunc siue precationes siue deprecationes eodem sensu. pene ois frequentat ecclesia: ut precationes accipiamus dictas quas facimus i celebratione sacramentorum antequam illud: quod est in domini mensa incipiat benedici: orationes cum benedicuntur & sanctificantur & ad distribuendum cōminuit quā totā petitionē fere ois ecclesia dominica oratione cōcludit. Interpellationes uero sicut qdam codices habent postulationes. tunc fiunt cū populus benedicit. Tūc enim antistites uelut aduocati susceptos suos p manus ipositionem misericordissimæ offerunt potestati. Quibus paratis & parato tanto sacramento gratiarū actio cuncta concludit: quam i his ēt uerbis ultimam cōmendauit apostolus.

Orbare auferre: demere: eripere

Orbo asauī.

Orbes rotūditates anni. gyri orbem græci cyclum dicunt.

Orbis a rotūditate circuli dicitur: quia sicut rora est unde etiā breuis rotella orbiculus appellatur: unde quoniam enim oceanus circūfluens eius i medio: ambit fines habet etiam tres ptes Aliam Europā Africā nō æquali diuisione. Na alia a meridie p oriētē usque ad septētrionē puenit. Europa uero a septētrione usque ad occidentē. Inde africa ab occidente usque ad meridiē unde duæ dimidium tenent: aliud uero dimidium sola alia. Sed ideo iste due partes factæ sūt: quia inter utrāque ab oceāo mare magnū ingreditur: quod eas interfecat.

Orbis is. inde orbita urbs & que ex hoc deriuatur Componitur exorbita.

Orbita uestigium rotæ ab orbe dicta.

Orbita secreta stracta fraudata.

Orbi: pupilli orphani dicti quasi orbatī.

Orbitas amissio filiorum. p̄sc.

Orbus ab orbo as.

Orbus qui liberos nō hēt quasi oculis amissis.

Orbus dicitur quasi orbibus. i. oculis uacuatus: inde orbo as orbatas & orbito itas.

Orchades genus oliuæ græce: dictæ a similitudine testiculorum.

Orca amphoræ species: cuius minore uocabulo ur

cetus diminutione urceolus.

Orca umbrosa.

Orchades isulæ oceani itra britaniā positæ numero. xxiii quarū. xx. desertæ sunt. iiii. coluntur.

Ocichestra op̄χιστρά locus separatus in scēnain quo erant senatores & principes.

Orchibeta genus orbis.

Orchis hærba dicta quod radix eius i modum testiculorum sit: quod græci orchis orchis uocant: eadē est satyrion.

Orchestra locus ē quidam in teatro ubi cantabant & psallebant hystriones & mimi.

Orchestra pulpitum.

Orco op̄κω græce iuro inde orcus qui iurat aias non dimittere.

Orcus mors: orculus psagium.

Orcū pagani uocant quasi receptorē mortuorum unde orca uocatur uas quod recipit aquas: iple a græ. charō siue pluton: latine uero dies piter dicitur.

Ordeolus paruissima & purulenta collectio i capillis palpebrarū cōstituta i medio lata & ex utroque conducta ordeī granū similans unde & dicitur.

Ordeum dictū: quod præ cæteris generibus frumēti ante fiat aridum: uel quod spicas habeat: horū tria sunt genera. exaticū quod sex ordies habeat: quidā catharnicū dicunt: quoniam animalia melius quā triticū pascit alterum disticum eo quod duos ordines habeat: hoc plerique calaticum uocant. tertium trimense quia cum cogit uerno seminatur. & celeriter colligitur.

Ordeum palea tegit legis litterā significat: hinc ordeaceus de ordeo sicut aureus de auro.

Ordeus. pondus retinet lentes duas.

Ordinarius miles ē: qui per integrū militat ordinē: nec adhuc cōsecutus ē aliquem gradū dignitatis uel honoris. Est enī gregarius idest humilis militiæ. Extraordinarius est. qui ob uirtutē promouetur ex ordine. Ordinarius dictus quia i dignitate cōsulari ordinatus erat uel quod alios ordinabat. uel super ordines dignitatem habēs: uel per gradus idest ordines ad lūmū gradum perueniebat.

Ordinare: disponere. dirigere castigare.

Ordinatus. dispositus. electus. decorus.

Ordinare distincte. subtiliter apte.

Ordiri. incipere: instituere. inchoare. Ordior ris. orsus.

Ordo: gradus dispō. summum consilium.

Ordo dicitur cum diuersarum rerum unaqueque proprium tenet locum.

Ordines angelorum nouem eē sacra testatur scriptura. Nam homo decimus ad complendum numerum electorum ē creatus. idest angelos. archangelos: uirtutes. p̄ates p̄cipatus: dominationes thronos. cherubim atque seraphi. Angeli græce nūcii dñr. qui minima nūciāt. Archangeli summi nūcii. quia summa nūciant. Virtutes illi dicuntur spūs per quos signa & miracula frequentius fiunt. P̄ates quoque dictioni optentius uirtutes aduersæ subiecte sunt. ne praeualeant tentando homines. Principatus qui ip̄is quoque bonis spiritibus

quæq; sūt agenda disponūt. eisq; ad explenda diuina ministeria principantur. Dñatiōes quorum miræ potentia cætera agmina ad obediendum subiecta sūt. Principari. n. ē: iter reliquos priorem existere. Domiare uero subiectos quosq; possi dere. Troni qbus ad exercendū iudiciū dñr. p̄si deī. Cherubim tanto perfectionis scientia pleni sunt. quanto uicinius claritatē dei contemplant Seraphim qui incōparabili ardent amore ex singulari propinquitate conditionis.

Orcades nymphe a mōtibus nominatæ sicut dryades ab arboribus.

Orcades deæ montium.

Orthena proprium ciuitatis.

Oreph foramē in quo coluber ingreditur.

Oreph interpretatur foramen colubri uel siccitas.

Orestes filius agamēnonis fuit. Orestes oresiæ & orestis. huiusmodi. n. quæ in oyoy apud græcos genitium faciunt: sepæ sunt prime & terciæ declinationis.

Orreum agræco uerbo recōditorium uel reposito riū pōt dici: eo q̄ ibi homines fruges reponant.

Orexis uomitus eo q̄ ex ore exeat.

Orexia polyfagia: idest multa comestio: quando extra naturam comeditur.

Orfani græce. pupilli latine: desolati sine patre.

Orfanatioñū locus in quo pueri orbari parentibus pascuntur.

Orfeus nescio quomō a paganis inferni sacris preponitur: quasi deus uel potius sacrilegiis.

Orfeus museus linus apd græcos atiquissimi poetæ: q̄ & theologi dicti sūt tempore ioseph.

Organū generale nomen est uasorum oīum musicorū: quis pro cōsuetudinē organa proprie dicatur quæ inflantur foliis.

Organica in musica est secūda diuissio in his quæ spiritu cōstante repleta in sonū uocis aīantur ut sunt tabæ: organa: padoria: & cæt.

Organarius qui utitur organis.

Orge ira.

Orgia sacrificia ἀπὸ τῆς ὀργῆς quæ pro furore celebrantur. ut liberi & matris deum.

Orgia item mēsuræ: quæ latine dicitur urna.

Orgia apud græcos dicuntur sacra oīa quæ latini cærimōnias dicunt. Orgia sacra liberi ministeria aut initia.

Orgiste græce iratum est.

Oros opoσ terminus græce.

Oria parua nauicula piscatoria.

Orithos ciuitas inter macedoniā & epirum.

Oriens prima pars mundi ē idest caput & quasi facies ab exortu solis nuncupata. Cum autē i oratione ad orientē cōuertimur: unde cælum surgit non ideo facimus quasi ibi tantum habitet deus cæteris partibus desertis. qui ubiq; presens est non locorum spatiis sed maiestatis potentia. Sed ut admoueat animus ad naturam excellentiorem se conuerti idest ad deum cum ipm corpus eius quod terrenum est ad corpus excellentius idest cæleste conuertitur.

Orientes quidā fluuius syre iuxta antiochiæ muros decurrēs dictus quia solis ortu oritur.

Oriæ freni: & habent ab ore dicuntur.

Origanum quod latine colora interpretatur dicta quia ifusa coloret uinū: hæc hærba calida est.

Origenarius uernaculus.

Origeniā hæratici ab origine auctore exorti sunt dicentes q̄ non possit filius patrē uidere. & spūs sctūs filiū. aīas quoq; in mundi principio dicunt peccasse. & pro diuersitate pctorum a cælis usq; ad terras diuersa corpora quasi uincula meruisse: ea; cā mundum fuisse factum.

Origon neutrum uellum nauis.

Origo genus. stirps. principium.

Orion uenator. qui conatus est stuprare dianam sagittis interfectus est.

Pascha nunc tertium tempus est sæculi ante legem sub lege sub gratia. Septenarius numerus perfectus est: hoc igitur in lunari numero significatur: Tertia enim hebdomada lunæ pasca celebratur: qui dies occurrit a xlii. in. xxi. ideo autem dies nostri pasce ad diem iudæorum non occurrit: ut & dominicum diem: quo christus surrexit amplectemur. pasca quod græci πασχα ἀλλὰ paschalia dicunt hebraice phase dicitur non a passione: ut quidam putant: quoniam πασχα in paschin græce dicitur pati: sed a transitu hebraice dictum est: eo q̄ tunc populus dei ex ægy

pto transierit: siue quia eo die christus de hoc mūdo transierit: quæ est oīum festiuitatum prima. Paschalis festiuitatis errorem uaria obseruantia gignit. latini namq; a tertio nonas martii usque i diem nonas aprilis lunam. xiiii. inquirūt: & si .xiiii. die dominico prouenerit: pascha protrahūt. græci primi mēsis lunam ab octauo idus martii usq; in tertio nonas aprilis obseruant & si quinta luna die dominico icurrerit: sanctū pascha celebrāt huiusmodi ergo dissensio inter utrosq; paschalē regulam turbat.

pascere: alere: nutrire: sustinere. pabulare.

Pasci. dilabi. difundi. nutriri. prii.

Pascor hāc rem & hac re. pascō scis uī pascor pascus: hāc pascua pluraliter. pastor. componitur de pascō pascuus a um pascibilis.

Pascua significant refectiōem spiritualem uel æternam.

Pascuus ager est q in hærbis animalibus uacat.

Phase hebraice pascha dicitur a nobis: quod a trāsi ru israel ipsi dixerunt.

Phaselus: genus leguminis.

Phaseolus diminutiuum. phaselus quoq; genus nauiculæ.

Passeres sunt minuta uolatilia a paruitate uocata: unde pusilli. hic passer ris.

Passer significat uirum sanctum.

Passer: genus auis uel piscis.

Passim uulgo promiscue. inordinate. disperse ubi que permixte.

Passimonia: iustitia.

Phasis græce dictio.

passio & **propassio** differunt: **propassio** reputat in culpa non tamen tenet in crimine. Ergo qui uident mulierē: & eius anima titillata fuerit. hic p passione percussus est. Si uero cōsenserit: & de cognitiōe in affectū uenerit: sicut scriptū est. transierunt in affectu cordis de ppassione transiunt ad passionem: & huic non uoluntas peccandi deest sed occasio.

passiua uerba sunt. quæ ex actiuis nata semper passionē significant exceptis duob; metuo or timeor. hāc ablatiuo casui cum præpositiōe a uel ab solent iungi: ut abstineor a te imperor a te uel ab illo. Datiuo etiam ut seruor tibi. Accusatiuo quoq; sed uel figurate ut abscinditur manum uel cum uidetur agere ipse ad quem passiuū refert uerbum: ut iduitur artus. Tertio modo quādo p diuersas res fit passio: ut pascor panē uel carnem passiuā datiuo uel ablatiuo iunguntur transitue ut doceor uideor ab illo & illi. Similiter passiuam uim habentia neutralium uel deponentia: uapulo exulo nascor patior a te tibi: licet tantū accusatiuū etiā addere his quibus per diuersas res fieri solet passio: ut doceor a te litteras: pascor carnem uituperor insipientem: & accingor ensem: quæ omnia diuersis reb; nascūtur: & ex illa re ad unā rem pertinent.

pasiphe fingitur a poetis fuisse quædam solis filia. quæ cū tauri amore fureret. Dædalo operam dā

te lignea uacca inclusa ad nefarium iuitata est: ex qua natus est minotaurus.

paschia quod latine paternitas interpretatur: cum ex una radice multa turba diffunditur.

Phasma & **phâasma** idē ē: Sed phasma semper dubiū est: illud quādoq; uera uisio qñq; uana.

Pasmū dicitur pati qui pallefcit.

Pasta præclara.

Pastinaga hærba magnæ radices: dicta q; eius radix præcipuus pascus sit hominis.

pastilli tortelli pigmentati uel ungenta.

Pastinare: fodere: plantare.

Pastinatum uocant agricolæ ferramentum bifurcum quo sœmina pangunt. unde ueteres uineæ repastinari dicunt: quæ refodiuntur.

Pastophoria græce latine talami dicunt.

Pastophoria. atria templi uel gazophilatia. cellulæ parua.

Pastophorium atrium uel sacrarium. porticus.

Pastor: magister pecoris cultos.

Passus habet quinque pedes.

passus dupliciter habetur. i. duobus gressibus gradiendo conficitur. passus etiam dicitur quantū ambobus brachiis extensis inter duos longissimos digitos est tanta est uniuscuiusq; latitudo.

pathalogia: passionis ratio.

patago genus mortis: cum propter pituitam nō facile lingua mouet.

patauium uenetice urbs est: facit patauii: subtrahitamen unum i in metro.

patagium uero est pallium ex auro: purpuraq; uariatum.

patara est regio.

pataræus dicitur apollo a patara ciuitate.

phateamia plaga meridiana uel occidētalis.

patefacere: aperire.

patella dicta quasi patula olla: est enim oris patetioribus.

patellana dea a paganis dicta cum folliculi mensiū patefcunt: aut e spicis exeunt.

patens latum.

patulum dicitur quod naturaliter semper patet ut nares: patens uero quod aperitur & clauditur ut ostium.

patera fiala regalis penultima corripitur.

pateræ fialæ sunt dictæ q; in ipsis potare solemus uel quod patentes sunt disperfiue labris.

pateo es & inde patelco patens ti or. simus.

patenter patulus patera patina patella componit patefacio patefio platea.

Patere apertum esse priscianus pateo pates. patui. passum.

Pater græcum est: idem genitor: græci enī similiter pater dicunt.

Pater dictus eo q; paratione rei ueneræ perfecta filium procreet quod melius est a græco pantaSpi ron idest omnia sœminans.

pater patris. inde patronus & patro as uerbum.

pater dignitatis & honoris est nomen unde sanctos patres dicimus.

Pater dī multis modis. deitate. doctrina. senectute generositate.

Pater patris: inde dī paterculus paternus. paternitas patruus. truelis. patrimonium patronus patroas unde cōponitur impetro ppetro. a patre cōmponitur patriſſo patricida. patrimonium patrocinor. diēspiter. iuppiter paterfamilias.

Paterfamilias dictus q̄ in familia sua omnib; positus seruis tanq̄ pater filiis patria dilectione cōsulit seruorūq; cōditionē a filiorū affectu non diſcernit. Qui autē iniq; dominatur in seruis: hoc nomine nequaq; se putet appellari.

Paterfide conſciendop;: quando fax fit cū barbaris Paterniani heretici a paterno quodā exortis: inferiores corporis partes a diabolo factas opinant.

Pateſco pateſcis it. inchoatiuum a pateo idēst aperitur. detegitur.

Pathia urbs est in theſſalia.

Patior pateris. inde paſſio. paſſionarius. paſſiuus paſſiua uum paſſibilis. Cōponitur compatior & perpetior.

Pati. ferre. tolerare. pace teneri.

Patior a te deponens paſſiuam uim habet.

Patibulum crux uel ſtipes aut loca pœnarū: in quibus cruciatus omnes patiuntur. Patibulū eſt in quo homines appenſi cruciantur. unde & dicitur Dicitur & patibulum tabes. i. pertica. uulgo uero furca dicitur: q̄ appenſos ſtatim exanimat. Crux uero ſuffixos diu cruciat.

Patibulum a patior uel pateo primam corripit. priſcianus.

Patibulū dicitur quod naturaliter patet.

Patientia corporis ē: tolerantia uero animæ. patientiæ uirtus tribus modis exercet. Quædā enim adeo ſuſtiemus: ut flagella q̄dā ab aduerſario: ut tentamenta. quædā a proxio ut perſecutiōes dāna & contumelias: cōtra quos oēs modos inuigilare debemus ne ad exceſſum murmuratiōes cōtra flagella opificis prauamus ne ad cōſenſum delictis ducamur: ne pertrahamur ad mali retributionem ne hæc agentes bona præſentia retribuī nobis requiramus.

Patiliter diuiſe aut patēter.

Pathicus: negociator ipſe.

patichi patientes libidinē. Nā pathos græce paſſio.

patina dicta quod diſpanſis patentibuſq; ſit oris.

patina genus ualiſ a patendo diſta diminutiuum eiꝰſpatella.

Pathmos iſula eſt græciæ in quam relegatus fuit Ioānes euangelista: interpretatur genus fretum. uel uorago.

Pathos græce perturbatio.

Pathos græce dicitur paſſio motus animi contra rationem.

Patro & patriſſo a patre deriuātur.

Patrare perficere. admittere. cōſumere.

Patratio rei uenereæ conſumatio.

Patres conſcripti inde dicti: quia dum romulus decem curias electorū elegiſſet: nomina eorū præſti populo in tabulis anteis ſcripſit.

Patres conſcripti ſenatores a patrio animo ciuib; præſtando.

Patres conſcripti. apud romanos dicebantur illi xxiiii. q̄ ſcripti erant aureis litteris i tabulis æreis imo ab initio fuerūt centum: deide plures.

Patreus: uitricus.

Patricus græce paternus:

atria dicitur q̄ communis ſit omnium in ea naſcer. tium.

Patriarcha græce pater ſūmus interpretatur. quia primū. i. apoſtolicum tenet locum: ſicut romanus antiochenus alexandrinus. Sunt enim auctoritate beati petri apoſtoli iſtituti prima quidem petri apoſtoli ſedes romana. Secunda apud alexandriam beati petri nomine a marco eiꝰſ discipulo & euangelista cōſecrata. Tertia apud antiochiam beati ſimi petri habet honorabilis eo q̄ illic priuſqam Romam ueniſſet fuit & illic primum nomē chriſtianorū nouelle gentis exortum eſt: quic autem per orbem diſfuſa catholicæ eccleſiæ unus thalamus ſit chriſti: ſancta tñ romana eccleſia nullis indicibus conſtitutis cæteris eccleſiis prælata eſt.

Patritii dicti: quia ſicut pater filiis. ita provideant rei publicæ. imo q̄ ex patribus id ē ſenatoribus nati ſunt.

Patriciani hæretici a quodam patritio dicti: q̄ ſubſtantiā carnis a diabolo cōditā dicūt.

Patricida & parricida q̄ parētes occidūt.

Patrimonium: bona quæ a patre alicui ueniūt hæreditas.

Patripaſſiani hæretici inde dicti: q̄ præm paſſum dicūt. hi ſūt & noetiani uel ſabelliani.

Patriſſat: patri ſimilis ſit.

Patritæ a præ aut patria utrūq; itelligimus.

Paternū ē: quod præ ſuit. ut paternus ſūduſ dicitur patriuſ uero præ ſimilis: ut patriuſ animuſ.

Patrocinari: pregere. cauſam agere.

Patrocinatoris.

patronimica dicta: eo q̄ a præb; trahunt: ut tytidis filiꝰ tydei: quic a matrib; & fratib; & maiorib; ēt dicant.

Patronimica apud latinos oīa ſūt primæ declinatiōis: quæ in des finiunt: unde tytide uocatiuſ græcuſ eſt. Nam tytida debuit facere.

Patronuſ. cauſidicuſ aduocatuſ deſenſor.

Patron græce patronuſ.

Patroniſſa: patrona.

Patroni a patronib; dicti q̄ huiꝰſmodi affectum quib; præſunt exhibeant: ut quaſi patres illos regant.

Patroſ græce uitricuſ idēſt ſecunduſ marituſ maior: unde etiā apud latinos recte præſinuſ dicit q̄ in loco patris ſit filiaſtro.

Patruel dicti q̄ patres eorū germani inter ſe fratres fuerunt. patrueliſ filiꝰ uel filia patrui uel res aliqua patrui.

Patruel filiæ duorū fratrum.

Patruuſ patris frater quaſi pater aliuſ Nam frater matris auunculuſ nomiat. ſicut præſ ſoror. amita matris uero ſoror matertera.

Patula: loca diffusa & lata.
Patulum: patēter. amplum. **patulum amplum** q̄q̄
 semper patet.
Parus: pacem tenens.
Pathura theos. **patientia** continentiae dei.
Phatures urbs ægypti: quæ metropolis dicitur.
pauculum diminutivum a paucō. **prisc.**
paucus & **multus** numeri sunt: sicut **maximus** &
paruus quantitas sunt. **pauci** ut duo uel tres: non
 multi sunt. inde **paucitas**.
Pauire idest ferire: inde **pauimentum** est dictum.
pauere: horrere. formidare.
pauco deficit supinis & futuro infinitiuo sicut **ple-**
raq; secundæ cōiugationis.
pauco es neutrū. inde **pauor** **pauidus** **impauidus**
pauesco expauisco.
pauidus ē quē uexat trepidatio mētis. hēt enī cor
 dis pulsationem: nam **pauire** est ferire.
pauio uis uir. i. tundit. percutit.
pauia: oliuæ a papho insula. unde prius **allata** sūt
 uel a **pauio** idest percutio.
pauimenta. solidamenta domorum arte picturæ
 elaborata & tessellis dicta eo q̄ **pauianrur** idest
 cælantur.
pauitat. parere se simulat.
pauitans: titubans.
pauito **pauitas**.
pauitenfis uestis contraria leuitensi dicta q̄ **grau-**
ter auita atq; calcata sit.
paulatim. **particulatim:** lente caute. **consideranter**
 modice.
Paulini hæretici a paulo famosaceno orti: qui di-
 cit nō semp sed a Maria Christū sūplisse initium
Paulisper aliquatulum. **parūper**
Paulopost. i. post modicum.
Paulus la lū. i. paruus. **modicus.** **ide** diminutivum
pauillus la lum. & **paululus** derivatur.
Paucus ca cū. inde **paucitas**. i. breuitas.
Paulus qui antea **faulus** dictus est hebraice. i. tēta-
 tio eo q̄ persecutor fuerit ecclesiæ: post uerso
 nomine de faulo factus ē **paulus**: quod interpre-
 tatur admirabilis uel electus. Quia a spiritus san-
 cto electus ab oriente usq; ad occasum euangelii
 prædicauit: latino autem sermone **paulus** a modi-
 co dictus: unde ipse ait. Ego enim sum minimus
 apostolorum.
Paulus dictus est a sergio paulo quē ad christum
 conuertit uel ἀποτρεσβαλας idest cessatione
 psecutiōis uel binomius fuit uel **paulus**. i. modicus
Paulus interpretatur pius ortus uel rex. Ex tri-
 bu beniamin apostolus gentium secundo annō
 post passionem xpi baptizatus sub nerone rome
 eodem die: quo petrus decolatus est.
Paulus genere iudæus a tharso cyliciae natus: puer
 at adductus fuit hierosolymis ad pedes gamalie-
 lis ad discendas litteras. hic ab hierusalem usque
 ad illiricum repleuit euangelium christi. ad ulti-
 mum sub nerone in roma uno eodemq; die cum
 petro martyrio coronatur.
Paulus de tribu beniamin ex oppido gigascalis:

quo a romanis capto tharsum cum parentibus mi-
 grauit: a quibus ob studiū legis missus est hieru-
 salē: & agamaliele doctissimo eruditus eodem an-
 no: quo passus est dominus: ad fidē uenit. Secun-
 do Neronis anno uinctus ductus est. Romā. sed
 de ore leonis liberatus est: occidentalibus et præ-
 dicauit. Quartodecimo uero anno Neronis eodē
 die cū petro martyrio ut dictum est coronat anno
 post passionē christi. xxxvii. Scripsit uero decem
 epistolas ecclesiis romanis unam corynthis. du-
 as galathis: unā ephesis. unā philippensibus. unā
 colossensibus. unā thessalonicēsis. duas hebræ-
 is: unam discipulis: duas timotheo: duas titō unā
 philemoni.

Pauni ægyptiorum lingua maius mensis.
Pauo nis auis oculatus: nomen de sono uocis hēt
 cuius caro tā dura est: ut putredinē uix sentiat.

Pauo genus operimenti uel uehiculi.
Pauor dictus q̄ cecidit cor: nā **pauire** cedere est.
pauper per paululū habens.
pauper qui aliquid habet: licet parum: inops uero
 qui nihil.

Paupertas honesta eē pōt: egestas uero indecens.
Pauperies damnum est **paupertas** ipsa conditio.
Pauperare: pauperes efficere.

Paupero **pauperas.** Horatius **pauper** cōmune licet
 figurate iungat neutris. quia quæ in plurali nu-
 mero in neutro a nō accipiunt terminationem:
 trium generum nori sunt cōmunia: uelut auctor
 memor custos.

Pauper cuius diminutivū **paupculus** a lum facit.
Pauper a fœmininum antiqui prorulerunt.
Pauper dicit parū imperans. unde **paupior** rimus
culus **paupertas** **pauperies** **paupero** as.
Pausa requies inde **pauare** idest requiescere.
Pausia uel **pauia** oliua est: quā corrupte rustici **pau-**
lia muocant uiridi ligno & suauis dicta q̄ **pauia**
 idest tondatur.

Pauus **pau** & **pauos** **pauois** auis ē oculatis pennis.
Pauum ciuitatem carpatii: consi mestiphonis fili-
 us fecit.

Pauillum a paulo diminutivum idest paruum.
 modicum.

Pax est tranquilla libertas a pacto dicta: posterius
 uero **pax** accipitur. fœdus primum inicitur.
pax comp. peltum arcens inde **paco** **pacas**. cōponi-
 tur **pacifico** **pacificas** **pacificus** **pacifer**. **pacior** **com-**
pacior & **perpetior**: **paxion** dicunt græci descripti-
 onem.

Paxillus paruus palus a palo modicus.

Paxillum genus ferramenti. i. culter.

pax tantūmodo istud significat uel **pacifice** **comiciū**
 aduerbium & græcum est.

Pæana: quædam sacrificia.

Pæan pro apolline ponitur.

Pæan anis proprium apollinis ē: uel eius carmē.

Pæanites lapis qui in macedonia reperitur

Pæaton. urbs græcorum.

Pheax populus corcyreorum fuit.

Phœbe idest luna a phœbe. i. sole illuminata.

phœbus græce dicitur nouus uel purus. i. sol.
Phœbus a um. idest phœbi lampas uel aliud.
Peccator dicitur qui pro actione cœdatur. omnis
peccator immundus: nō omnis immundus pec-
cator ut cum uxore sua dormire: aut immundū
tangere.

Peccator a pellice. i. meretrice uocatus quasi pelli-
cator: quod nomen antiquitus flagitiorum fuit:
post uero transiit in appellationem omnium
iniquorum.

peccatum ad prolapsionem corporis refertur: ini-
quitas uero ad mentis acerbitatē precedit: iniqui-
tas sequitur peccatū: sed grauior iniquitas tanq̃
materiam. Item peccatum quod admittitur: piacu-
lum quo expiatur admissum. Peccati sicut iniqui-
tatis tres sunt species: uerbi. operis. consuetudis
Peccatū quid ē nisi prauaricatio legis diuinæ:
& cœlestium inobedientia mandatorū. Nō enim
cōsisteret peccatum si iterdictio non esset. Nō cō-
sistente autem peccato: nō solum malitia sed etiā
uirtus fortasse nō esset: quæ nisi aliqua malitiæ
fuiſſent sœmina: uel subsistere uel eminere non
posset. Nō autem auribus corporis de mandatis
cœlestibus iudicamus: sed cum esset dei uerbum
ab illo opiniones quædā boni & mali nobis pul-
lularunt: dum naturaliter intelligimus malum
uitandum & bonum præceptum. præceptum igi-
tur dei non atramento inscriptum: sed cordibus
nostris spiritu dei tenemus impressum: ergo opi-
nio humana sibi sit lex dei sicut apostolus ait de
gentibus.

Peccare peccatum committere: delinquere.

Pethin ulnā idest aquæ mēsurā ægyptii uocant.

Pecora non serpentes sed quæ in ulū hominū sūt
solent significare:

Pecora significant in carnis uoluptate gaudētes.

Pecten pectinis a percutiendo fila dicitur.

Plestrum: anguen.

Pestines dicti q̃ filia telarum imprimant.

Pestit: pestinat.

Pectoris. pleriq̃ pexui pexi. pexi pectus. pexui ue-
ro pexus facit. pecto pectis inde pecten nis inde
pectino as pectus.

Pectus secundum quosdam peccati thorax: inde
pectusculum pectoralis.

Pectus dictum q̃ sit pexum inter eminentes ma-
millarum partes unde pecten dicitur q̃ pexos
capillos faciat.

pectus hominis ab aspectu dicitur: non oppressū
ut animalium.

Pectus nostrum aeri cōiungitur quia sic inde emit-
tit sicut ex aere uēti spiritus: hoc pectus pectoris.

Pectus a percutiendo dicitur græce thorax.

Pecudes antiqui illa tantum dicebant. quæ edun-
tur ut pecudes.

pecuarius antiquitus dicebatur. qui modo pecūio
sus dicitur.

pecuaria a pecuare. Nam pecua a pecu uenit.

pecua. pectora. armenta. locaq̃ pecuaria dicuntur.
pecuarins armentarius.

Peculator: rerum publicarū fur a pecoribus dictus
uel q̃ sic pecuniæ publicæ fraudator.

Peculor aris peculatus tus furtū de republica uel
furatio de peculio.

Peculatus: iudicium in eo datur qui pecuniam pu-
blicam fraudat: nam a pecunia peculatus. Non ac-
sic iudicatur furtum de republica sicut priuate. nā
ille sicut sacrilegus iudicatur quia fur est sacrorū
peculator: quia habet pecuniam.

Peculiū propriū psonarum & seruorū siue pastorū
Nam peculium est: qd̃ domus filio uel seruo pro
suo tractare patitur dictum a pecudibus in quibus
constabat uniuersa substantia.

pecunia dicta quia prius de peccorum corio nūmi
incidebantur & signabantur: postea a saturno
æreus nummus inuentus est. Alii a pecoribus
dicunt in quibus eorum constabat pecunia.

Pecuniæ: cœlus. facultates. copix.

Pecuniosus qui magnas habet pecunias: interius
uero avarus. cupidus. egens.

Pecuofus: qui multa pecora habet a pecu: hoc pe-
cus pecoris & hæc pecus pecudis. ueteres et hoc
pecu. unde pecua pluraliter.

Placitū dictū ab eo q̃ placeat. consiliū dictū initū
Placitum uero est inter partes ex pace conueniens
scriptura. Alii dicunt quod uolens quisq̃ facit: et
nolens cōpellitur: uelut cū quisq̃ comparatus est
in iudicio ad respondendum: quod nemo dicere
potest pactum sed placitum.

Placitum est stuppa quasi grossitudo fenci. & est
græcum.

Plaga cœli tractus uel pars ut plaga orientalis hæc
& clima dicitur.

Plaga pars cœli uel restis confita ræti. breuiatur qa
est ræte.

Plagas proprie dicimus funes illos: quibus rætia
tenduntur circa imā & sumam partem.

Plaga: uulnus anxietas: angor: molestia: cicatrix.

Plaga cum clima significat breuiatur: cum uero uī
dictam longatur.

plagæ dittræ quasi flagæ: eo q̃ cum flagatis corpo-
ri insinguntur.

Plagarius: plagas curans.

Plagiarius. hominū uenditor.

Plagiarius abigerator: qui mancipium aut pecus
alienum seducendo distribuit.

plagiarius qui seducit pueros. & sollicitat seruos
alienos.

Plagiatores seductores ἀνορθὸν βλάζοντες idest
erro obliquo: quod non certa uia grassantur sed
pelliciendo dolis.

Plagiosippus: qui uulnus filiorum parentibus in-
figit. i. cuius consilio filii distrahuntur.

plagium: ræte minus.

plana certa. clara. æqualis. manifesta: aperta

plane. certe. longe a dubitatione.

Planicies: æqualitas.

planta dicitur: quod plana collocetur in aliquo
ædificio.

Plancus: pedibus latis.

Planctus: ploratus lamentatio: gemitus.

Planeta: stellæ: quæ nō sunt fixæ in cælo ut reliquæ sed errantes. unde & dicuntur αὐτὸ τῆς βλάβης id est ab errore: quæ interdum in austrum interdum in septentrione. plætrūq; contra mūdū. nōnū quācum mundo feruntur: quarū nomina græca sunt phænon. phænonca. pyriō: hesperus. stylobō has romani nominibus deorum suorum id est iouis. Saturni. Martis. Veneris. atq; Mercuri consueverunt decepti & decipere uolentes: quorū motibus formari asserunt uitam primum inferiori sphæræ circulo luna est constituta: quæ octo annis fertur explere circulū suum: de hinc Mercurius annis. xx. Tercio lucifer annis nouem. Quarta sol annis. xyiii. Quinto uesper ānis. xy. Sexto phæton id est iouis annis. xii. i sūmo saturnus annis. xxx. Iste retrogradiuntur uel anomala efficiuntur: quādo particulas addunt & detrahunt.

Cæterum quando tantum detrahunt retrograde dicuntur. Stationem faciunt. quando stant. idem circularis numerus stellarum: per quem cognoscitur i quanto tempore circulum suum unaquæque stella percurrat: siue per longitudinē siue per latitudinē.

Planetes græce masculinum. unde apud nos quoque planeta masculinum.

Planeta: febres erraticæ: in his medici frequenter falluntur æstimantes amphimerinas id est quotidianas esse quia ter & quater in die tangūt. Sed hoc interest: quia quotidianæ typum patiuntur id est accessionis formam planetæ & typo similes sed maxime hoc signum habent q̄ ter & quater in die rangunt.

Planeta græce latine dicitur casula: quia totum tegit: & significat charitatem.

Planeta uelitis dicta q̄ oris errantibus euagat.

Plango gis xi planctum.

Plangere plorare: lamentari. gemere.

Planctus tantum est uocum.

Plangor plangentium uox plango. palam angor

Plantago a romanis dicta q̄ planta eius cito terræ adhæreat hærba: quā græci armoglossā uocant.

Plantare: plantas ponere.

Plantarium: pomarium. hortus origo.

Plantarium quod est in planta. sicut collarium qd̄ est in collo. Mensorium quod est in mensa.

Plantæ sūt raptæ de arboribus: plātaria uero quæ ex seminibus nata sunt: & cū radicibus a terra proprie euelluntur.

Plantæ a planicie nūcupatæ. quia nō sūt rotundæ: sed ut stabile corpus efficerent: planæ & longiores sūt formatæ.

Planum: æquale. apertum. liquidum.

Planus: æqualis. aut seductor. magus.

Plano planas planauit planatum: unde componit explano complano.

Plasmatis factura: & pro unguento ponitur

Plasmare fingere. formare.

Plasma græce figmentum.

Plaston græce hētum.

Plasteas. figulus.

Plastus dicitur hō qui ex limo primus ē cōditus.

Plastus: fictus creatus.

Platein πλάττειν enim græce latine fingere ex terra uel gipso similitudines & ipressa argilla formam aliquam facere.

Plastographis: falsis scriptis.

Platos græce latitudo.

Platanus a latitudine foliorum dicta: uel q̄ ipsa arbor patula sit & ampla. Nam platos græci latum uocant: cuius formam & nomen expressit scriptura dicens Eccl. xxiii. Quasi platanus exaltata sū iuxta aquā i plateis. hæc platanus huius platani.

Platanetum. ubi multæ sunt arbores platani.

Platea. uia spaciola & lata de uerbo græco a latitudine nomen accepit: quoniam platos græce latū dicitur.

Platea latine platia πλάτεια græce.

Platea significat simplices in latitudine charitatis cōmorantes & aliis subditos.

Platoceron quia lata cornua hēt. Τάκερα Τά Cera rata enim græce cornua.

Platonici a platone philosopho dicti. hi aiarū creatorem esse deum corporum angelos esse dicunt & post multos annorum circulos in diuersa corpora animas redire dicunt.

Plato philosophus: q̄ uniuersos philosophos eloquentia superauit. Quantum enim græcis attinet duo philosophorum genera traduntur: unū italicum. i. famiū pythagorā. Alterū Ionicum cuius generis princeps fuit thales milesius unus illorum septē: qui sunt appellati sapientes: quorum græcorū discipulatus ita successit. Thales anaximāder Anaximenes Anaxagoras Arcelaus Socrates: plato arheniēsis: qui lōge suos condiscipulos antecit: itaq; qcquid philosophiæ ægypto & italia tunc florebat facillime comprehendit pegri natus: itaq; socrates in actiua excelluisse memoratur. pythagoras uero magis contemplatiua. p̄ in de plato utrunq; iungendo philosophiam p̄fecisse laudat. Aliorū qppe philosophorū uaria cōstat opinio q̄s deus esset. dū q̄rerēt. hic at dixit deum sine tempore incōmutabilem esse: curatorem eriam & arbitrum & iudicem esse affirmans ideoque nonnulli cæteris philosophis gentiū longe lateq; prælatū acutius atq; ueracius intellexisse & fama crebriore laudasse reperiunt.

Platonon hærba. i. cudubal: qui & pes leonis.

Plaudo dis si sum.

Plaupere: manus repercutere. gaudere. percutere laudare.

Plausibile: uendibile: fauorabile: negocium populare: uulgarum.

Plaustrum genus uehiculi. carpentum. carrum. uel testa corio coperta.

Plaustrum. uehiculum duarum rotarum: quibus opa deferunt. dictū quasi paluistrū: q̄a uoluitur.

Plaustræ septētrio dictū: q̄a i modū uehiculi uoinit mō tres ad sūmā eleuat: mō quattuor inclinat.

Plaustrit. quod plaustro sonat.

Plausus sus.lætitiae indicum fauor populi a plaudo plaudis.
 Plauile & plabile unum est: quod fit ad auram populi.
 Plautus:laguidus pedibus auribus.uel proprium auctoris.
 Plautina:plauti auctoris res gestæ.
 Plæbeius hō sine dignitate;q de populo ē rusticus
 Plæbs est reliquū uulgus sine senioribus:ciuitatis populus uero tota ciuitas:plæbs aut dicta a pluralitate maior ē.n. numerus iuniorū q̄ seniorum
 Plæbs urbana:populus romanus.plæbs plæbis facit:inuenitur autem hæc plæbs bis penultima correpta:quia quinta declinationis quæ hñt consonantem ante es penultima breuiatur: ut fi des spes res plæbes.Quæ autem habent i producuntur:ut dies.
 Plæbeius homo de plæbe de minori.
 Plæbicola:amans ciues.colens plæbē.
 Plæbecula diminutiūū producit primam & ante penultimam.
 Plæbiscita.plæbis consultæ:quæ plæbs constituit.
 Plæbiscitæ:plæbē interrogat uel plæbem alloquit
 Plecta:est calix duas ansas hñs:idem & crater.
 Plectere:est pnnire:uindicare.subigere.morti tradere.supplicio affligere.
 Plecto tis xi xum antiquitus. Nunc enim plector & amplector dicitur.Sed plecto plexus passiuum est:ut ego plæctor pendens:sed mutauit significationem.
 Plecto tis plector actiūū. Ab eo autem composita tam deponentia q̄ cōmunia inueniuntur amplector complector.
 Plectrum gubernaculum:uel lingua in corpore p cussorium citharæ.
 Plemmyrius.fluuius iuxta ortigiam.
 Plemmyrium græce undosum.
 Plemmare.replere.
 Plenarie:perfecte.complete.
 Plenota una ex planetis quam romani saturno derunt.
 Plenus:distentus completus corpulentus.
 Plene benigne liberaliter:cumulate:
 Pleo ples:quod modo non est in usu:unde plenus nanū nior simus plenitudo plebs plæbecula plæbeius componitur plæbiscita adimpleo suppleo supplementum compleo complectorium cōpletiuus uam repleo.
 Pleonazo græce abundo.inde pleonasmos est adiectio unius uerbi superuacua ad plenā significationem:ut sicore locuta est pro sic locuta est.
 Pleonexia π λ α ι ο ν ε ξ ι α græce latine generalem auaritiam significat:qua plus appetit quisq̄ q̄ sufficit.Pleon π λ ε ο ρ η τ α λ ε ο ρ ι ενί plus ē:quod nō nulli interpretati sunt emolumentum: quidam utilitatem:sed melius qui auaritiam.
 Pleroselenos idest plenilunium.
 Plærus:frequēs ex maiori parte:a pluribus derivatur:unde plæriq̄.
 Plæriq̄ aliquanti nōnulli.multi.

Plærunq̄:aliquando frequenter assidue.
 Plæureis dolor lateris. est acutus cū febre & spu ro sanguinolento.pleura eni græce latus dicitur unde pleuretica passio.
 pleuron græce latus significat
 pleumon græce pulmo.
 Plexus:percussus a plecto tis xi.
 Pliades itellæ sunt septem splēdide: quæ post ueri oriuntur:unde has latini uirgilias uocant: & magis cæteris predicant eo q̄ his exoriētibus æstas significatur:occidentibus hyems:quod aliis penitus non traditur signis.
 Pliades a pluralitate dictæ idest plion.Sunt autem septem stellæ antegenua tauri:ex quibus sex tm uidentur:pliades dictæ quod ex atlante & pleone oceani filia filia quindecim procreatæ sunt:q̄ rum quinq̄ hyades dictæ a fratre suo hyas: quia iu eius morte defecerunt:de quarum numero septem mortem conscisse sibi dicuntur:unde palades dictæ: quia plures consenserunt nelpe qui dam dicunt hyades septem nymphas iouis nuntices.
 Eudora.Ambrosia Proydile.Croniphyto polyxothylla.
 Pliades electra.Plexone.Celēdo.Nerope. Astrea-pe.Tragiete.Maia.has etiam booten dicimus.
 Plico cas quod non est in usu coponitur applico expli.impli.repli.multipli.dupli.suppli.supplex suppliciu triplico triplex tripliciter q̄drupliciter.
 Plico cas cui & caui cum præpositiōe enim magis per ui diuisas.cum nomine uero: p aui præteritū facit ut implico appli.repli.cōpli.explico cui. duplico duplicaui explicitus duplicatus.
 Plicare flectere.
 Ploce est copulatio in qua dictio cōtinuo posita diuersa significat.
 plodere:repercutere.
 plodo dis si sum.componitur displodo.
 plorare:cum uoce gemere.flere uel lugere.
 ploratus lachrimarum est: plactus tautum uocū est fletus uero ad utrumq̄ pertinet:quæ plærunq̄ confundunt poetæ.
 Plostrum pro plaustrum:sicut econtra austrum p ostrum genus uehiculi.
 Plotus a pedibus dictus languidus.
 Pluma dicta quasi piluma.Nam sicut pili i quadru pedibus:sic pluma in auibus.
 Plumea:auium multitudo.
 Plumella diminutiuum.
 Plumario opere:in modū plumarum
 Plumacium:pluuiar a pluma dicitur.
 Plumbum dictum:q̄ ex eo primū pilis factis altitudo maris tētata est.Huius duo sunt genera nigrū & candidum.
 plumbeus de plumbo.
 Plumbatum:plumbo aptatum.
 Pluo is pluui plutum debuit facere sicut iuui iutū sed in usu non est:inde pluuiā pluuiosus componitur impluuiū inde ipluus a uim Deriuatur autem secundum Isidorum a fluo is.

Pluris est quod maiore summa taxatur. plures uero de multitudine dicitur. plurius magna ex parte. **Plus** in nominatio neutri. genitiuus uero datiuus trium sunt generum: unde & pluraliter tam in es quam in a facit plures plura & pluria antiquitus. unde componitur coplura. Ablatiuus quoque tam in i quam in e terminatur: ut pote trium generum cōe: & accusatiuus pluralis tam in his quam in es idem plusculus la lum id est parū plus diminutiū a comparatiuo.

Plutos græce diuitiæ.

Pluteum dicitur armarium a plantis quæ illic steruntur pluteū interior pars lecti est scriptoriū.

Plutei sunt crates corio crudo intextæ: quæ in opere faciendo uinciuntur.

Pluton græce latine diespiter: quæ alii orchum uocant quasi receptorem mortium.

Pluton deus inferni: pater disis fuit.

Pluton græce latine dis uel diues dicitur: quia infernus omnia recipit.

Pluuia hac ex ratione mari in terras transfunditur. De mari enim aqua radiis solis hauritur: & quod subtile est rapitur: deinde quāto altius eleuatur. tāto magis est nubium obūbratione frigescit: & fit imber.

Pluias uocamus lentas & iuges aquas dictas quasi fluentes. Nubes quippe conglobatiōe minutis simarum guttarum aquarum speciem reddunt: quæ guttæ si in unum plures coniungantur. nō potest eas aer tenere: & hæc pluuia corpulentior fluitat in terris.

Pluiæ sunt cum aer conglobatus uento in nubes uertitur: aquæ autem calore aeris in modum cucurbitæ medicinalis rapiuntur a terris dehinc resolutæ feruore solis iterum stillantur in terras.

Pluiæ dictæ quasi fluuiæ: nascuntur enim de terræ & maris anhelitu: quæ cum altius eleuata fuerint aut solis calore resolutæ: aut uento comprehensæ stillantur in terras. aquæ maris si per tenuissimos uapores in aere suspensæ fuerint paulatim cōcreſcunt ubique igne solis decoctæ in dulcē pluuiarum saporem uertuntur. A nubibus ergo rapiuntur: & ab ipsis redduntur. Alii dicunt nō tantum modo aquis maris nubes crescere: sed etiam ex halatis terræ uaporibus nebulas adoleſcere: quibus densatis nubibus altius surgere: & iisdem labentibus pluuias fundere.

Pluiarium locus sacer. neutri generis.

Pluiana tempus.

Pneuma græce spiritus latine. in pulmōe est per quod pulsatur: unde & dicitur.

Pneumatosis: uētositas stomachi: uel inflatio a græcis dicitur.

Pneuma græce flatus spiritus uel aspiratio dicitur πνεω spiro. flo.

Phoca genus piscis. uitelus marinus.

Phocas quidam romanus imperator dictus est.

Phocis ciuitas græciæ. dicta a phoco fratre thesei quem ipse theus interfecit.

Phocotrophis græce locus in quo pauperes & infirmi pascuntur.

Poculum a potando dictū: est enim uas in quo bi-

bendi usus est: uel quod in poculis continetur.

Poculum est uas: potio uero quod hauritur.

Podas ποδας græci pedes dicunt.

Podagra. pedum dolor græce ab artatiōe pedū dicta & a særali dolore. Si quidem oē quod imite est abusive uocamus agreste.

Podex: secretior pars corporis anus.

Poderis sacerdotalis linea corpori astricta. unde dicta. podas enim græci pedes dicunt. hæc uulgo camisia dicitur. poderis appellatur: quæ & talaris. hæc & subucula dicitur.

Podiscus hypotemisia dicitur: quæ est linea in aliqua parte pendens sic.

Phœgium. sanctus locus.

Phœgia: hoc est factio. fictio.

Phœgor interpretatur ignominia proprie quippe phœgor hebraice prius appellatur: quia apud iudæos gloria erat in parturitionibus & male dicta sterilis dicebatur.

Poema: carmen uel unius libri opus. hoc poematis græcum est. poematis tria sunt genera dramaticon: exagematicon koinon cœnon.

Poemanum: carmen poeticum prius.

Pœna inde punio.

Pœnas supplicium per cœ: & pœnus id est afer per cœ scribitur.

Pœnis: id est afri carthagenenses.

Phœnice a phœnice urbe tyri uel phœnicia: unde uenit dido in africanam. phœnix uero filius fuit agenoris ueniens ad terram illam: quæ ex suo nomine phœnicia dicitur.

Phœnices: inde deriuantur punices cœ in u mutato: sicut phœniceum puniceum. pœna punio.

Phœnices a rubeo colore dicti: phœniceon enim rubicundus color. græce dicitur. prius hic phœnix phœnicis.

Phœnissa dicta a phœnice urbe tyri: unde fuit.

Phœnicentaurus auis: quæ quasi purpureas pennas habet.

Phœsis græce dicitur opus multorum librorum.

Poema unius.

Phœsis: materia totius carminis in qua poeta uersat.

Poeta latine uates. unde scripta eorum olim uaticinia dicebantur: quod in quadam & quasi uesania in scribendo commouerent. poetæ officium ut lastantio placet est quæ uere gesta sunt in alienas species obliquis figuratiōibus cum decore aliquo. cōuersa traducere. Poetarum tria sunt genera. unum in quo poeta loquitur quod enarratiuum dicitur. Aliud dramaticon. in quo poeta nunquam loquitur: ut in comœdiis. Tertium in quo poetæ & mixtæ personæ. poetoribus. poeta ποιητης & poema ποιημα græce poeta dicitur fictor a ποιω græco: quod est facere fingere quasi fingere quali fictor carminis. opus huius poema uocatur poeticum.

Poeticæ escæ. id est indigestibiles.

Poiatus hebraice ignominia.

Poieo ποιέω græce latine factio: hic poeta.

Poeotes ποιότης qualitas.

Poios ποιος qualis.

Polyarchia ubi multorum est potestas.
Polegium martis dictamū. polegium apud Indos piperis prætii est. herba est.
Polemos græce. bellum. pugna.
Polenta farina subtilis de fabis uel tritico.
Pollere: abundare cum lætitia excellere. crescere. splendere.
Polleo lesui facere debuit: sed hoc præteritū est a polleo. nō ergo habet suum: poluxi enim a polluceo uel splendui.
Pollex cis digitus maximus & per e positus a poliando dictus.
Polyyntheton est dictio cōcathenata consunctio nibus: ut testūq; laremq; amyclæumq;.
Polli excellentibus cyclis cacumina: quib; in axe sphaera nititur. quorū alter boreas ad aquilonem spectat. alter terræ oppositus austronotius dictus est. poli autem dicti sūt q; sint axium cycli ex usu plaustrorum a poliando.
Polyandrum. tumultus mortuorum.
Polyandron multitudines græce.
Poliadriōn πολιάδριον græce locus ubi cadauera pōnuntur græcum est.
Polliceri sponte dicitur: pmittere uero præstolanti & petenti.
Polliceor ris cōmune antiquitus: quod est spondeo fidem promitto.
Pollices digiti maiores in utraq; manu.
Polydamas idest multinuba: qui multas amat. genitius polydamantis.
Polyphemus cyclops quidam in sicilia enormis gigas.
Polygmōs quam latini hærbam sanguinariā uocant: quæ missa in narib; sanguinem mouet huius genera sunt quattuor.
Polyloquus: multiloquus. idest uerbosus uel uaniloquus.
Polystoriæ. i. multæ historiæ.
Polymita uestis multi coloris. polymitum. n. est textum multorum colorum
Polymita a rotunditate dicitur quod est polus.
Polymitarii: artifex uestimētorum idest holose ricorum.
Pollinetum: funeratum aut sepultum.
Pollinctores: qui funera morientium curant dicti quasi pollutorum unctorum idest cadauerum curatores: unde pollingo gis xi.
Pollictores ossiū amatores uel cadaueq; sepultores.
Polyhynia musa quædam multæ memoriæ interpretatur. sarurno ascribitur. rhetoricos dicta polyhymnia noua colores.
Polyos hærba græce a latinis omnimorbia dicta q; multis morbis subueniat: quæ ianthicos dicitur
Polypodia: hærba cuius cadix hyrta atq; trifissa ē unde polypo deriuatur: hæc ē capillum. ueneris
Polypus petra affigigitur: ut eius similitudine improprios capiat pisces.
polypus idest multiplex: multos enim nexus habet iste piscis & ingeniosus est.
polypus: fetor narium uel piscis. polys enim mul-

tus pous ποῦς uero græce pes dicitur: qd multos habeat pedes.
Polis græce ciuitas uel urbs.
Polycogum. quod & psalterium dicitur.
Politicum: scriptum. annales libri. cōmenta.
Politicus liber urbanæ uitæ: polis enim ciuitas.
Pollis nis uel hoc polen nis farina est.
Polites græce πολῖται municeps uel ciuis dicitur latine.
Politricum hærba: quæ: habet ramusculos quasi seta porcina: hæc capillos nutrire dicitur.
Polytricon siue adiantes idest coriandrum agreste uel politria uel trimocones uel emticon uel cindnares a diuersis dicitur.
Pollire: limare. radere. lœuigare. sculperre.
Polio lis liui litum actiuum.
Politus: limatus. mundus. ornatus. acutus: intētus acer.
Polyx inde nominata: quia multis nexa est coniunctionibus ut specula quæ erant olympi.
Pholoe mons thessaliæ.
Polo se alte & sublimiter.
Polluere: inquinare. uiolare. maculare.
Polluo is tum. actiuum.
Pollucere: splendere. pollendo lucere prisc.
Polluceo ces luxi: ratio exigit polluctus: sed auctoritas deficit.
Polunium: locus sacrorum.
Pholus. quidam sicalus centaurus.
Polus: summitas sphaeræ ex utraque parte. celum. sphaera. æther. orbis
Pollus tenebræ noctis.
Pollux cis penultimam producit proprium.
Poma ab opimo idest fertilitate dicta. recentia facilius egeruntur q; sicca. Agrestia idigestibilia probantur natura. Omnia pomorum genera pro arboribus latine fœminini generis sunt. pro fructu neutrum etiam interdum: exceptis hic oleaster: hoc siler: hoc buxum: licet hæc buxus dicatur
Pomarium est ubi poma ponuntur.
Pometum sine pomærium: ubi poma muniuntur
Item pomærium locus iuxta muros.
Poma fructus: uirtutes sanctorq; significant.
Pomona: dea pomorq; interdum pro ubertate pomorum.
Pomeria mediocris arbor sorbæ similis: dicta q; dulcis sit fructus eius & acuto sapore.
Pomærium dictum quasi post murum.
pomilorus: mollis & eneruis:
pomones pomorum custodes.
Pomos elenum lingua october mensis.
Pompa græca significatione dicta a publice ostentari: præcedit enim uictoria pompam.
Pompa: ludorum. imaginē. obsequia funeris.
Pompeianus genus calicum.
Pompeia: urbs ab hercule in campania condita ē qui uictos ex hispania pompam boum duxerat.
pompeius quidam nobilis & inter reliquos præ-

cellens romanos: qui multotiens pompam duxit sed postremo a cæsare uictus est.

Pompeia publica. pompeiana uero pōpei domus populentus. pompa plenus.

pondus ponitur pro uirtute & utilitate pōdus pōderis: unde pondero ponderas. sic similia quæ in uerbo habent e in obliquis quoq; nominum eādem habent. pōdus dictum eo q; in statera libra tum pendeat. hic & pensum. abusive pondus libra una est: unde etiā dīpondius dictum est quasi duo pondera. ponderis signa & characteres ut a ueteribus signata sunt subiciantur. Z. littera significat dimidium obolum. uirgula æqualiter iacēs: & directā 𐌵 𐌵 significat obolum. Geminata uirgula 𐌵 𐌵 duo oboli sunt. T. latinū significat obolos tres. F. latinum obolos quattuor. E. latinū obolos quinque obolos uero sex ideo characterem nō habent quod in una drachma sex ueniunt: quod est pondus denarii argenti. Littera H significat si liquias octo idest tremissem. N. latinū significat numisma græce idest solidum integrum. Iota iuncta beta. i. β. significat dimidium solidum. Virgula dux ex uno angulo eleuata in dextrā se diuidentes < significant drachmam quam olcen appellamus. latinum. N. adiuncta gamma græco

significat semunciam: Gamma græcum o latino in fine adiunctio γ o. significat uncia: lauda græcum per medium sui latino i adiuncto 𐌶 significat libram Kappa græcum circa finem cornuum adiuncto. γ. græco significat cyatum Si uero o latinum iunctum habuerit heminam demonstrat: quā græci cotylen appellant. xi. græcū si e iunctum est latinum ξ e significat sextarium o uero adiuncta ξ o significat acitabulum: qd' græci oxifalō dicunt. μ. græcum supposito n latino significat minam. A. latinum in fine habens lauda græcum A. α. talentum. Alpha græcum in dextro brachio superiori o littera adiuncta Aochænis est.

pondo: genus ponderis libra est.

pondo pluraliter indeclinabile neutrum. Tullius.

pone post a posteriori parte. retro aduerbiū loci ponere: stabilire. locare. terminare. uel deponere.

ponere aliquid i ferius simpliciter statuere. disponere opus uel cōsiliū ordinare uel fœdus. proponere q̄stionē apponere. adūcere. imponere iſuetū supponere aliquē censum uel laborem pponere. pferre. cōponere. ordinare. cōiungere. fingere. seponere. diuidere supponere. subtus inducere. depōere labefactare uel uitam excedere.

pono: is situs sitor trix sitio tiuus. componitur appono interpono. circūpono. oppono. transpono. dep. exp. præp. prop. imp. subp. subterp. disp. repo. cōpono. & quæ ab istis fiunt.

pono ponis sui & posui positum.

pons: iter sup fluuium. scala nauium.

pons tis pōticulus: potest autem compōi ex pede & tenēs: unde componit pontifex idest pontem faciens. inde pontificalis pontificatus tus. pontus pontificus ca cum.

Pontes: gradus quos ascendebant qui legem recepta re debebant.

Ponticæ: arborū gēus a græcis: eo dictæ q; circa ponticum mare abundant. Eadem abellana.

Ponticæ geminæ a ponto.

Pontifex ciuis de ponto: uel castor animal.

Pontifex princeps sacerdotum dictus pontem faciens quali uia sequentium. hic sacerdos maximus noiatur: iisdem modo episcopus. ipse ecclesiasticos ordines disponit. atque pōtiffices & reges erāt Pontifices iudices.

Pōtius interpretatur declinās cōsiliū dicens. Innocē ego sum a sāguine iusti huius. pōtius aut dictus q; de pōto insula fuit oriundus. eo tpe uero quo crucifixus ē xps puincia syrie psidebat.

Pōtus regio asiæ iuxta cōstantinopoli est sita.

Pontus sinus amplissimus: qui facit mās mediterraneū in asia uersus septentrionem: ubi & finem sui facit.

Pontus: æquor maris. impetus decus marinum.

Pontus. puincia ipsa uel mare dicitur.

Popa: pinguedo: ponitur p grasso: uel graui spisso Popare: crescere.

Popane græcū est: quod nos corrupte dicimus popina: est aut locus iuxta balnea publica: ubi post lauacrum a fame & siti reficiuntur unde propina re dicimus.

Popeana genus unguenti uel medicamenti.

Popellus: populus paruus diminutiuum.

Popina. coquina a popa: quod est spissa caro.

Popinæ: argistariæ. nudinæ plateæ.

Popino: glutto. luxuriosus. deuorator.

Popisina: dicitur extrema pars coitus: dū penes exit.

Poples dicitur q; post plicam idest flexurā habet.

Poples tis masculinum genus flexuræ.

Poplitmo: gemma est.

Popularis: uastare. prædari. diuulgare.

populatus: uastatus. populo semper imixtus.

Popularis: superbus. inflatus. uentolus. arrogans immemor. incertus. ambitiosus.

Populus & populus aris. latus.

Popularis: aura. fauor populi. assensus.

popularitas: ambitio. blāditia. gloria forēsis. adulationis. gratia populorū festiuarū congregationes.

populario: deuastatio populi uastitas. expugnationis. ruina. exitium. grandis. solitudo.

populus popularis populatus populator populatio. populus unde popularis populosus popellus publicus.

Populus est uniuerſa ciuitas cōnumeratis ſcīorib;

populus est hūanæ multitudinis iuris cōsensu & concordia cōmuniōe sociatus: uulgus uero plebs est: populus uero ciues: græce autem dicitur populus laos populos cum dicimus numero plura li urbs significamus: cum uero populum: unius ciuitatis multitudinem.

populus genus arboris dicta: q; ex calce. eius multitudo nascatur. huius duo sunt genera alba & nigra bicolor est.

Populus li fœmininum pro arbore. prima produ

citur. hic populus prima breuiatur.
 Populus de populo: sicut ficulus de ficu.
 Populea uirga de populo arbore.
 Populonia: urbs. hetruriae.
 Porcam bethyci faciunt. xxx. pedum latitudine &
 lxxx. longitudine. Sed porca est: quod in arando
 extat. quod defossum est lyra.
 porca terra: quæ inter sulcos est lata.
 porca fœmininum de porcis.
 porcarius: porcorum custos: subulcus.
 porcus dicitur pus cupidus: uel custos: uel puro ca
 rens: uel quali spurcus. inde porcinus. porcellus
 porcarius.
 porcus dictus quasi spurcus. iurgitat enim se cæ
 noso luto. limo illinit ora. hinc etiam spurcitiam
 & spurcos nominamus.
 porci marini qui uulgo uocantur suilli: quæ dum escas
 quærunt suis more sub aquis fodiunt.
 porcillaca hærbæ recens refrigerat: calefacta calefa
 cit: trita cum pane ad oculos tumores imponit ad
 podagras quoque simili modo medetur.
 phorcys phorcydos proprium dei aquo patronimi/
 cum fœmininum phorcynis idos: cuius genitiuus
 producit penultimam: ut apud Lucanum phor
 cynidos arua medusæ.
 phorcys & phorcus: pater fuit medusæ.
 porrigere: extendere. aperire. propitiari.
 porrigo & porgo porrexi facit. actiuum est.
 porrigo porcorum uitium: quod nisi recidatur. statim
 alios occupat.
 pori corporis græce latine proprie spiramenta di
 cuntur: quia per eos spiritus uiuificus exterius mi
 nistretur.
 pori meatus quidam transitus uel uiae in carne: uel osse
 porisina τωπιον & apertio uel ostensio græce quæ
 stus uel lucrum dicitur. Nam pori subtiliora sunt
 foramina.
 porphyra. purpura. porphyreon purpureum latine.
 porphyrista purpura.
 pornia græce fornicatio τωρνῆν enim meretrix p
 stibulum τωρπειον.
 phormio fabula quaedam ab interposita quadam
 parafiti persona nominata.
 phoroneus φωρονεύς quidam græcus: de cuius
 progenie io fuit.
 porro. longe. procul. eminus. extra. cæterum. utique.
 deinde.
 porro autem aut longe: aut deinde.
 porro coniunctio expletiva idest certe.
 porro pro longe græcum aduerbium.
 porphyrio: avis alba similis cygno: uel pellicanus.
 portæ proprie muro: atque inde dictæ quæ antiqui
 tus supportato. id est subleuato aratro designabatur
 quando designabatur gyrus.
 porta dicitur. quia potest inde portari uel exportari ali
 quid: proprie autem porta urbis aut castrorum est
 portat: sustinetur. a terra eleuat. uehit. aufert. ius dicit
 porro tas. ratus. tator. trix. tio.
 portitor. porta. unde portarius. porticus. porticula
 portus. unde importunus importunitas. compo

nit apporto deporto exporto. iporto. asporto sub
 porto. reporto. oportet ipersonale: unde importu
 nus: opportunitas & quæ ab his fiunt.
 portemia: nauicula syriatici generis a portado dicitur.
 portendere: significare aliquid de futuris idest por
 ro tendere: unde & portenta dicuntur quæ signi
 ficatu suo aliquid ostendunt futurum.
 portendo dis di portentum a porro & tendo acti
 uum in tertiis personis.
 portenta: monstra. uisa.
 portentum est: quod ex formis diuersis pponit. Mon
 strum: quod extra naturam nascitur. prodigium quod futu
 rum demonstrat ab eo quod porro dicat quod futurum
 Ostentum: ostentatio quaedam ab ostendendo
 portentum dicitur: quod ex omni parte naturæ mutatio
 nem sumens aliquid portendere futurorum dicitur: sicut
 biceps caput in corpore uno.
 portentuosæ dicuntur: quæ ex parte corporis sumunt
 mutationem: ut cum sex digitis natus sine aliqua par
 uitate membrorum. Rursus portentum dicitur: quia na
 scitur: & sua permanet qualitate. Ostentum uero
 subito offertur oculis & subducitur. Sed porten
 tum a portendendo idest porro ostendendo si
 cut & prodigium. Monstrum uero a monitu uel
 monstrando dictum & statim. portenta igitur.
 uel portentuosæ sunt aut a paruitate totius cor
 poris: aut a magnitudine partium: aut a superflu
 is membrorum partibus. uel a defectu partium
 uel prominentia: quando solum caput aut crus nascitur
 aut in parte una transfigurata: aut ex omni parte. uel quæ si
 ne transfiguratione habent oculos in pectore: aut in fronte
 aures: aut secundum imperatam creationem: sicut
 detatus uel barbatus nascitur: aut ex complexu. idest
 multiformi plurimarum differentiarum uel commixtione
 generis sunt. Sicut autem in singulis generibus quaedam mon
 stra sunt hominum: ita in diuerso genere humano quaedam
 monstra sunt gentium ut gigantes cynocephali
 cyclopes. In lybia credunt sine capite nasci & oculos
 in pectore habere: & alia sine cernicibus. & in
 ultimo orientis scribunt: alia sine naribus æqua
 li totius oris planicie: alia labro superiori adeo
 prominenti: ut in solis ardore totam ex eo faciem
 contegant dormientes: alia concreta hauriant potus
 ut modico foramine cum calami hauriant potus
 Nonnulla sine linguis esse & nutu uel motu uten
 tia: & quosdam syluestres homines quos faunos
 ficarios uocant. in india gens fertur esse: quæ ma
 crobii dicuntur. xii. pedum staturam gerentes. Est
 & gens ibi: quæ a cubito græci pygmaeos uocant p
 hibetur in eadem india gens esse fœminarum. quæ
 quinquennes concipiunt & octauum uitæ annum non
 excedunt. Dicuntur & alia hominum fabulosa por
 tenta. quæ non sunt sed ficta in causis rerum in
 terpretantur. ut gerynos gorgones & cætera.
 porticus dicta quæ ibi transitus sit & non sit ibi stan
 dum: quasi porta: uel quæ sit aperta.
 porticulus malleus in manu portatus: quo signum
 datur remigantibus.
 portio pondus quoddam sex uncias habet.
 portio quasi partio dicitur: pars. hæreditas est.

portulaca require porcellata.

